Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
C
41
NAPOLI

XXI.
C.
41.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XXI
C
41

Digitized by Google

HOMICIDII PRODITORII VINDICATIO, ET RESTITVTIO

In eum priſtinum Statum, in quo illud Bartolus conſtituerat,

Per R. P. F. Franciſcum Bordonum Parmenſem Tertij Ordinis Regularis Sancti Franciſci Theologum.

PARMÆ, M. DC. LXVII.

Apud Marium Vignam.

Superiorum Conſenſu.

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

AD PIVM LECTOREM.

BArtolus de Saxoferato in Vmbria Oppido filius Franciſci de Bonacurſis natus anno 1313. pro rudimentis linguæ latinæ Magiſtrum habuit F. Petrum de Aſſiſio, & in Geometricis F. Guidonem de Peruſio, ambos profeſſores primæ regulæ S. Franciſci viros eximios, vt obſeruat Lucas Vadingus tom. 4. Cronic. trium Ordinum S. Franciſci ad annum 1359. num. 8. teſte quoq; ipſo Bartolo dictum F. Petrum commendantem in l. Quidam cum filium 132. ff. de Verb. ſignif. num. 8. his verbis: *Ego habui vnum Magiſtrum, qui me primas litteras docuit, qui vocabatur F. Petrus de Aſſiſio, nunc vero in Ciuitate Venetiarum vocatur F. Petrus Pietatis, ſic dictus, quia locum ibi erexit, qui Domus Pietatis vocatur, vbi infantes expoſiti nutriendi recipiuntur; vir eſt expertus, nullius hipocriſiæ apud me, & omnes, qui eum bene noſcunt, cui gratias ago exemplo Aquilij Reguli ſupra de don. l. Aquilius, qui dum me rexit, cuſtodiuit à lapſu, & Dei gratia, & ſui doctrina me talem reddidit, quod in anno decimo quarto ætatis meæ in Ciuitate Peruſij ſub domino Cyno de Piſtorio iura ciuilia audire incepi, & eius perſeuerante gratia taliter continue ſtudendo perfeci, quod*

Digitized by Google

in vigeſimo anno Bononiæ repetendo, & diſputando publicè de iure reſpondi, & demum in vigeſimo primo anno doctoratus fui, & ex multo amore, quem ad illius F. Petri Bonitatem gero, cum calamus hoc ſcribit, cordis oculus lacrimatur. Ipſeq; vir venerabilis Petrus dixit mihi, quod plures ex illis pueris expoſitis alijs tradidiſſet hoc pacto, quos eos non aliter, quam vt filios obſeruarent. Hæc verba reſcripſi ex dicta lege fol.49. & 50. tomi 6. Venetijs Iuntæ 1596.

Quoniam Bartolus dicitur auctor, & anteſignanus definitionis Proditorij, quod reſtringit ad amicitiam fictam, ideo eius verba refere volo, quæ inſeruient pro intelligentia dicendorum in hoc opuſculo; habentur autem ſub eodem 6.tomo ſub tit.de penis l. Reſpiciendum XI.§.Delinquunt fol. 186. his verbis.

Aduertatis, dicitur hic, aut propoſito. Delictum fit quandoq; ex propoſito antecedenti, & iſtud delictum committitur duobus modis. Vno modo inſultando. Eſt autem inſultus, vt probatur in l.5.§.cum arietes, ſi quadrup.pau.fec. dicat. & l.15.qui aggreſſorem C. ad leg. Cornel. de Sicar. Alio modo committitur ex propoſito proditorie. Eſt autem prodere vnum actibus oſtendere, aliud in mente gerere, vt notatur de priuat.delict.l.5. & ſupra ad leg. Iuliam Maieſt. l.4.in princ. Et ideo ſi veniens tecum tamquam ſocius itineris, nulla interueniente rixa, te percutio, non poſſum dici contra

te

te feciſſe inſultum, ſed dicor hoc feciße proditorie, quia aliud gerebam in animo, quam illud, quod gerebam in actu. Pro quo C. de delator. l. fin. lib. 10. Vel ſi ſedens tecum in menſa hoc faciebam; vel ſi cum tibi eſſem amicus, & ſaltem inter te, & me nullus erat rancor, percuſſi te de retro. Secus ſi eſſes mihi inimicus, ita quod eſſet rancor inter te, & me, & tunc te proditorie non percutio, quia illud, quod facio in actibus oſtendebam ſcilicet me tibi deferre velle. Sequitur in textu: aut impetu, dicitur contrahi maleficium impetu, quando inter duos ſimul ſtanter oritur ſubito rixa, ſeu propter verbum nouum, vel contentionem nouiter emergentem, ſeu propter ebrietatem, vt hic dicit textus; Ad hoc facit l. Si in rixa, de Sicar. & infr. eod. l. Aut facta §. Qualitate; & tunc in illo maleficio non poteſt dici inſultus commiſſus, nec poteſt dici factum proditorie, ſed impetu, & rixa.

Hæc igitur eſt doctrina Bartoli in materia necis proditoriæ, quam explicaturi ſumus in ſequenti opuſculo, ex quo patebit reſtitutio doctrinæ præfatæ de Proditione reſtricta ad amicitiam fictam, ex qua ſolum reſultat proditorium, & non ex ratione impotentiæ.

Tuemur autem partes Bartoli moti non ſolum ex veritate, ſed etiam ex eius deuotione, & affectu, quem ſemper habuit ad Ordinem Franciſcanum; vnde ſuum vltimum teſtamentum Peruſij in Con-

uentu S. Franciſci fecit teſtibus ipſis Fratribus an-
no 1356. die 14. Maij, vbi mandauit ſepeliri ſuum
corpus, defunctus 1359. die 13. Iulij, ætatis 46.

Digitized by Google

INDEX QVÆSTIONVM

De Homicidio Proditorio.

1 QVid importet verbum Prodere? num. 7.

2 Quid ſit homicidium proditorium? 8.

3 Quanam amicitia producat proditorium? 16.

4 An ex inimicitia oriatur proditorium? 24.

5 An ſtatus neutralit. amicitiæ, & inimicitiæ faciat proditorium? 62.

6 An ſimulatio amicitiæ debeat eſſe coniuncta cũ aggreſſione? 70.

7 An amicitia, & inimicitia debeat eſſe mutua inter aggreſſorem, & aggreſſum? 71.

8 An rancor excludens proditorium debeat eſſe grauis? 72.

9 An inimicus reconciliatus ſit proditor aggrediens reconciliatum? 73.

10 An ſit proditor, qui dedit fidem tertio de non offendendo inimicum ab illo nihilominus occiſum? 85.

11 An ex inſidijs oriatur proditorium? 86.

12 An ex induſtria oriatur proditorium? 99.

13 An poſſit dari proditorium ſine inſidijs, & ſine induſtria? 103.

14 An ex rixa quandoq; procedere poſſit proditorium? 104.

15 An proditorium ſit culpoſum, an doloſum, an præmeditatum, an ſimplex? 105.

16 An percuſſio non ſecuto homicidio ſit proditoria? 106.

17 An in bello dari poſſit proditorium? 107.

18 An in duello dari poſſit proditorium? 111.

19 An occidens bannitum amicum ſit proditor? 114.

20 An ſit proditor occidens habentem ſaluum conductum? 121.

21 An offendens ſuum Principem ſit proditor? 123.

22 An offendens patriam ſit proditor? 125.

Digitized by Google

23 *An offendens ſuum Epiſcopum, ſeu Prælatum ſit proditor?* 126.
24 *An inter dominum, & ſeruum detur proditio?* 128.
25 *An inter officiales, & ſubditos?* 129.
26 *An inter dominum, & vaſſallum?* 130.
27 *An inter conſanguineos, & affines?* 132.
28 *An inter magiſtrum, & diſcipulum?* 133.
29 *An detur proditorium inter patrem, & filium Spiritualē?* 134.
30 *An inter tutorem, & pupillum?* 135.
31 *An detur inter aduocatum, & clientem?* 136.
32 *An inter medicum, & infirmum?* 137.
33 *An veneno comittatur proditorium?* 138.
34 *An dans venenum ſit phyſitus homicida?* 139.
35 *An paratum veneno pro vno acceptum ab alio?* 140.
36 *An maritus cogens vxorem ſumere venenum ſit proditor?* 141.
37 *Quomodo dicantur homicida dans, & recipiens venenum?* 143.
38 *An teſtis falſus ſit proditor?* 147.
39 *An iudex ſententians ad mortem, quem ſcit eſſe innocentem?* 148.
40 *An reuelans adulterium vxoris ſuo marito, ſit proditor?* 149.
41 *An ratam habens necem proditoriam ſit proditor?* 150.
42 *An maleficus per ſortilegium ſit proditor?* 151.
43 *An in abortu contingat proditorium?* 152.
44 *An occidens infantem, vel alium carentem vſu rationis ſit proditor?* 156.
45 *Quomodo mandans, & mandatarius ſint proditores?* 158.
46 *An conſilians, & conſiliatus ſint proditores?* 167.
47 *Quid quando reuocatur mandatum, & conſilium?* 168.
48 *Quomodo cooperatores ad homicidium ſint proditores?* 170.
49 *An ſit proditor externus, qui ante mortem vulnerati retractat delictum?* 173.
50 *Non habens animum occidendi, ſed tantum verberandi leuiter, & circa mortē non præuiſam, ſit proditor homicida?* 176.

51 An non habens expreſſam voluntatem occidendi, prauidens tamen periculum, vulnerando lætaliter ſit homicida proditor? 178.
52 An intendens occidere, ſed ſolum leuiter vulnerauit, cum præuiſione mortis ſecutura ſit homicida externus, ſi ex in curia ſeruientium moriatur? 179.
53 An ſimiliter vulnerans lætaliter, ſed præuentus à fulmine, vel ruina domus perit? 180.
54 An occidens Petrum; quem credebat Paulum ambos amicos ſit proditor? 181.
55 An coactus occidere amicum ſit proditor? 184.
56 An proditor incurrat aliquam cenſuram? 186.
57 An proditor fiat irregularis? 187.
58 An incurrat priuationem immunitatis? 188.
59 Epiſcopus quomodo reum non gaudentem immunitate tradat curiæ ſeculari? 194.
60 An ratio proditorÿ ſuperaddat homicidio malitiam ſpecie diuerſam? 210.
61 An quando non eſt locus pena ordinaria proditor gaudeat immunitatis? 211.
62 An ad euitandum proditorium ſit diffidandus inimicus? 213.
63 An vnica ſalutatio, vel locutio inducat amicitiam ſimulatam? 233.
64 An occidens amicum priuetur immunitate? 237.
65 An occidens inimicum ex induſtria tantum ſine inſidÿs? 238.
66 An occidens inimicum per inſidias? 241.
67 An incautum nihil prauidens? 242.
68 An inimicum reconciliatum? 243.
69 An mandans, vel conſulens tantum? 248.
70 An careat immunitate prodens non chriſtianum? 251.
71 An hæreticum occidens proditorie priuetur immunitate? 253.
72 An inimicus mandatarius occidendo amicum mandantis careat? 254.

73 *An idem dicendum de conſulente? 256.*
74 *An occidens veneno amicum? 258.*
75 *An conſanguineus occidens conſanguineum? 259.*
76 *An homicidium in duello priuet immunitate? 260.*
77 *An deductio amici ad locum homicidij? 263.*
78 *An vulnerans amicum animo occidendi? 264.*
79 *An impingens alapam nobili? 265.*
80 *An iudex & teſtis proditores? 267.*
81 *An percutiens, qui ſtatim non moritur? 268.*
82 *Qualiter probandum ſit delictum priuans immunitate? 269.*
83 *Quales debeant eſſe teſtes in hac cauſa? 294.*
84 *An ſufficiant teſtes ſingulares? 305.*
85 *An formandus ſit proceſſus? 307.*
86 *A quonam iudice tractatur cauſa immunitatis? 314.*
87 *Quis veniat nomine Epiſcopi? 321.*
88 *An debeat eſſe conſecratus? 322.*
89 *An Epiſcopus cognoſcat, quando reus eſt in Eccleſia exempta? 323.*
90 *Quis dicatur vicinior Epiſcopus? 324.*
91 *An Epiſcopi & alij Prælati ſint Ordinarij in ſuis locis? 326.*
92 *Quis ſit ille officialis, qui hanc cauſam cognoſcere poteſt? 327.*
93 *An capitulum ſede vacante cognoſcat? 330.*
94 *An iudex eccleſiaſticus ſtet proceſſus iudicis laici? 335.*
95 *An Epiſcopus non requiſitus tradat reum curiæ ſeculari? 339.*
96 *An reus, eccleſia, & fiſcalis ſint citandi? 342.*
97 *An dilationes ſint reo dandæ? 348.*
98 *An interueniat oblatio libelli & conteſtatio litis? 349.*
99 *Coram quo iudice teſtes ſint producendi? 351.*
100 *An teſtes ſint repetendi? 352.*
101 *An proceſſus ſit publicandus reo, vt poſſit ſe defendere? 353.*
102 *An detur appellatio ex parte rei, & fiſci? 354.*
103 *Quid agere debeat iudex eccleſiaſticus in dubio, an reus gaudeat immunitate? 356.*

104.

Digitized by Google

104 Quomodo ſe gerere debeat in paritate opinionum? 360.
105 An occidens cum ſpe immunitatis gaudeat immunitate? 365.
106 An occidens prope eccleſiam gaudeat? 368.
107 An confuga ad eccleſiam, & loca religioſa expelli poſſint à Rectoribus earum? 370.
108 An huiuſmodi cauſa immunitatis ſit criminalis, vel ciuilis, an ex his mixta? 372.
109 An inimicus occidens ligatum in manib. curiæ ſit proditor? 377.

F. Annibal Piuzellus Romanus S. T. D. Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia Regularis Obſeruantiæ Generalis, & Seruus.

Opus inſcriptum *Homicidij Proditorij Vindicatio, &c.* R. P. Magiſtri F. Franciſci Bordoni eiusdem noſtri Ordinis Alumni, recognitum in ordine ad impreſſionem, vt in vtilitatem publicam exeat concedimus, quantum noſtra intereſt. Datum Parmæ die 20. Decembris 1664.

F. Annibal Piuzellus Generalis.

OPus; cui Titulus eſt, *Homicidij Proditorij Vindicatio, &c.* eruditè compoſitum ab Adm. R. P. F. Franciſco Bordono Tertij Ordinis Regularis Sancti Franciſci inſigni Theologo, quod ex mandato Reuerendiſſimi P. F. Io: Michaelis Bergamaſchi Magiſtri in Sacra Theologia, & Inquiſitoris Parmæ, &c. diligenter perlegi, vndequaquę perfectum eſt, nec quidquam continet contra Catholicam fidem, & bonos mores, immo iam notam vniuerſæ litterariæ Reipublicæ doctiſſimi Auctoris ſcientiam, & pietatem erga Eccleſiaſticam immunitatem vnicè confirmat. Quare prælo digniſſimum, & magno commodo omnibus Theologiæ Moralis, Profeſſoribus futurum cenſeo. Datum Parmæ 2. Octobris 1666.

Iacobus Maria Pallauicinus Soc. Ieſu S. Officij Conſultor.

Imprimatur Inquiſitor Generalis Parmæ.

Imprimatur C. L. Saccardus P. Vic. G.

Digitized by Google

1 HOmicidium ſecundum vocem eſt hominis cæſio, ſecundum rem eſt occiſio hominis ab homine facta. Dico *hominis*, ad indicandum duo, propter quę datur occiſio ſine homicidio, vt contingit primo in deſtructione fætus
2 inanimati, quod non eſt homicidium, ex quo nondum eſt homo, cum fætus anima rationali carens homo non ſit, proinde eius interemptio appellatur abortus, non homicidium, *S. Auguſt. relatus cap. quod vero* 8. 32. *q.* 2. vtiq; homicidium, quando fætus eſt animatus, *cap. conſuluiſti* 20. 2. *q.* 5. contingit ſecundo in interfectione animalium, quæ dicuntur
3 occidi, Leuit. 17. 3. *Si occiderit bouem, aut ouem, ſiue capram*, non tamen eorum corruptio ab homine facta homicidium eſt, cum non ſit occiſio hominis; igitur omne animal poteſt eſſe obiectum occiſionis, ſed homicidij ſolus homo. Dixi 2. *ab homine* ad differentiam oppreſſionis, & interemptionis contingentis à fulmine, bellua, aut alia re cadente ſuper hominem morte oppreſſum, id enim proprie homicidium non eſt, licet ſit occiſio hominis, ſed non ab homine, hoc enim *ab homine* eſt differentia conſtitutiua homicidij prohibiti his verbis. *Non occides*, in quinto decalogi præcepto. Demum dixi 3. *ab homine*, & non *ab alio homine*; vt in hac defini-

tione comprehenderem occiſionem ſui ipſius nuncupatum Succidium, nam particula *ab alio* importat diſtinctionem perſonarum.

4 Diuiditur autem homicidium iam explicatum immediate in iuſtum, & iniuſtum. Iuſtum eſt illud, quod ſine peccato cōmittitur, ſubdiuiſum in quatuor ſpecies, nam primo fit auctoritate publica; ſecundo in bello iuſto; tertio ex iuxta defenſione, quarto caſu, & ſine vlla prorſus malitia, & negligentia. Homicidium vero iniuſtum eſt illud, quod committitur cum peccato, & eſt prohibitum, vt dixi in quinto præcepto decalogi. Subdiuiditur autem in Culpoſum, & Doloſum, ſecundum Clarum de homicid. *Farinac. q.* 126. *initio.*

5 Culpoſum eſt illud, quod fit ſine animo, & voluntate occidendi ſic dictum, quia neſcio quid negligentiæ comiſſum fuit, ex quo appellatur culpoſum, & punibile, non tamen pæna ordinaria mortis; vt, ſi quis poijciat lapidem contra canem, & occidat tranſeuntem, dicitur commiſiſſe homicidium culpoſum; ita *Clarus* §. *homicidium num.* 2. *Farinac. q.* 126. *num.* 4. Et in hoc omnes conueniunt, & proprie dicitur Caſuale à Canoniſtis.

5 Doloſum vero homicidium eſt illud, quod voluntate, & animo occidendi committitur. Subdiuiditur in Simplex, & Deliberatum, apud *Clarum num.* 5. *Farinac. n.* 6. Sim-

Simplex homicidium doloſum eſt illud, quod calore iracundiæ, & in rixa committitur ſine interuallo inter rixam, & occiſionem, dictum *à Sangue caldo* comiſſum.

Deliberatum vero homicidium eſt illud, quod committitur ex præmeditatione, inter quam, & factum homicidium eſt interuallum, per hanc enim intercapedinem diſtinguitur à ſimplici, cuius præuia rixa ſine intermedio coniungitur cum occiſione. Differens etiam in eo, quod deliberatum fit *à ſan-*
7 *gue freddo*; Simplex *à ſangue caldo*. Deliberatum alijs nominibus appellatur ex propoſito, præmeditatum, appenſatum, & qualificatum petens interuallum temporis inter præmeditationem, & percuſſionem, quod ſimplex non exigit, ſed deliberationem ſequitur immediate percuſſio. Ita præcitati *Clarus num.5. Farinac.num.8.* De hoc temporis interuallo plura dixi in Tractatu de Homicidio in vniuerſum cap.1.ſubq.2.impugnando opinionem Hyppoliti Graſſeti Mutinenſis Societatis Ieſu in ſuo opere inſcr. *Anatome necis proditoriæ.* Teneamus ergo allatam doctrinam, quia vera, & communis, alia enim meliori, & patentiori differentia diſcerni non poteſt ſimplex homicidium à qualificato, & præmeditato, niſi per hanc.

Deliberatum autem homicidium mox explicatum

quatuor modis fieri poteſt. Primo ex propoſito ſine alia qualitate; ſecundo ex inſidijs; tertio proditorie; quarto per aſſaſſinum, inquit Clarus num. 5. Homicidium autem ex propoſito factum eſt illud, quod ſine interuallo committitur contra inimicum obuiam habitum caſu, & contingenter ab inimico ignorante illum venire, dum enim caſu occurrunt ad ſe inuicem, locum habere non poſſunt inſidiæ, & induſtriæ, vt docet Clarus cit. Sed meo iudicio is modus occidendi reducibilis eſt ad homicidium ſimplex, in eo, quod caſu, & contingenter accidit. Alij vero tres modi plane inter ſe diſtinguuntur, vt infra conſtabit in proprijs locis. Et quoniam intentio noſtra non eſt agere de homicidio in tota ſua latitudine, & de omnibus eius ſpeciebus, ſed tantum de proditorio, & ſecundum ſe, & in ordine ad immunitatem Eccleſiæ confugientium ad eam, more ſolito rem totam per quæſtiones reſoluemus.

Quæres igitur 1. Quid importet verbum Prodere? vt ex eius etimologia deuenire poſſimus in cognitionem homicidij proditorij?

7 ℟. Prodere, à quo homicidium proditorium denominatur ſignificat publicare, manifeſtare, & occulta patefacere; vnde *Gloſ. V. non prodidit, cap. Ex pœnitentibus* 55. *diſt.* 50. *ait*, quod prodere eſt in publi-

co

co dicere, S. Aug. relatus cap. 51. ſi peccauerit 19. 2. q. 1. inquit? *Nam ſi ſolus noſti, quia peccauerit in te, & vis coram omnibus arguere eum, non eſt correptor, ſed proditor.* Ideſt manifeſtator alieni peccati. Ouidius lib. 13. *Metamorph. inſidias prodet, manifeſtabitq; latentes.* Ioſue 2. 14. Exploratores miſſi à Ioſue ad videndum, & conſiderandum vrbem Iericho dixerunt meretrici Rahab eorum receptatrici: *Si tamen non prodideris nos.* Ideſt non reuelabis nos, & tradideris in manus tui regis. Gloſ. in cap. Clericus 3. diſt. 47. lex refert modos proditionis, quos recenſet Farinac. q. 18. num. 79. quos, quia non pertinent ad præſens negotium, omitto, quia hic agitur tantum de homicidio corporali, in quo anima ſeparatur à corpore occiſo.

Quæres 2. Quid ſit homicidium proditorium ſecundum rem?

8 ℞. Eſt illud, quod committitur ab eo, qui ſimulabat amicitiam cum occiſo; Itaq; vbi nulla præceſſit amicitia, nullum poteſt dari homicidium, quod dicatur proditorium. Ita omnes, in quantum dicunt homicidium ex ſimulatione amicitiæ ortũ eſſe proditorium; ſequentes in hoc Bartol. *tom. 6. in l. Reſpiciendum* 11. *§. Delinquunt ff. de penis* inter quos aliqui nolunt reſtringere homicidium proditorium ad amicitiam ſimulatam, vt nos facimus, cum

Doctoribus mox citandis, extendentes illud etiam ad inimicos occidentes, vel dormientes, vel à tergo, aut è feneſtra, aut clam, & per inſidias.

Ex ſententia igitur claſſicorum Doctorum Bartolum ſequentium nullum aliud homicidium dicendum eſt proditorium, niſi illud, quod committitur à ficto, & ſimulato amico. Ita Clarus ex Bartolo §. Homicidium num. 8. his verbis: *Proditorie vero dicitur commiſſum homicidium, quando aliquis nulla praecedente inimicitia alium interficit, puta, quia veniens tecum tanquam ſocius itineris, nulla interueniente rixa te percutio, vel dum ſederes mecum in menſa; vel ſi, cum me tibi amicum eſſe fingerem, te à tergo percutio, nam his caſibus dicor te proditore interfeciſſe.* Dicit ibidem *ex igneo in l. Et ſi certus §. ſi vnus ex dominis ff. Ad Syllan. num.* 14. quod omnes tranſcribunt, & ſequuntur Bartolum. Delictum ergo non intelligitur proditorium, niſi fiat ſub calore amicitiæ, ita etiam *Vincent. Franceus deciſ. 713. Afflict. deciſ. 165. num. 64. ex Bald. in extr. Ad reprimendam V. Rebellis. Peregr. cap. 7. num. 2. Ciarlin. cap. 151. num. 19. & ſeq.* vbi homicidium ſine prætextu amicitiæ factum non eſt proditoriũ, *Sperelius dec. 23. num 6.* & in hac ſententia. *Graſſettus §. 10. num. 9.* Contra ſe refert pluſquam quinquaginta Doctores, qui omnes docent, occidentes per inſidias inimicum, non eſſe proditores, etiam

ſi oc-

ſi occidant à tergo, aut dormientem, aut clam è feneſtra; cum ergo inimicitia excludat à proditorio, ſequitur ex oppoſito ſolam amicitiam ſimulatam illud conſtituere.

9 Et hoc probatur ratione promiſcui inimicitiæ, & amicitiæ; nam primo, vbi nulla eſt occaſio dubitandi, & ſuſpicandi de periculo mortis, ibi contingit homicidium proditorium; ſicut è contra, vbi eſt occaſio dubitandi, ibi quidem poteſt eſſe homicidium, ſed non proditorium, ſed amicitia vera putata nullam dat occaſionem dubitandi, ſicut dat inimicitia, vt notum eſt, ergo proditorium ſpecificatur à calore amicitiæ, & non ab inimicitia. Maior patet ex eo, quod incautio, & impræuiſio arguunt proditorium, cautio vero, & præuiſio nequaquam. Minor patet ex diuerſitate effectuum amicitiæ, & inimicitiæ, nam amicitia proximum reddit ſecurum de ſua vita, qui ſine cura dormit, nihil dubitando de amico, e contra inimicitia facit vigilare proximum, qui in eo confidere non debet,

10 quia inimicus præſumitur ſemper cogitare, malum de ſuo aduerſario, *ex allatis à Farinac. q. 49. num. 88.* Si ergo quis occiditur ab amico dicitur incaute, & improuiſe interfectus, quia amicitia præſtat incautionem ſe cauendi, e contra vero ſi interficiatur ab inimico, non dicitur incaute occi-

11 ſus, quia habebat occaſionem ab inimicitia ſe cauendi. Quare cum ex contrarijs differentijs idem conſtitui, & ſpecificari non poſſit, inimicitia non poterit ſpecificare proditorium, ſed amicitia illi oppoſita ab interfectore ſimulata.

12 Probatur 2. quia in omnium ſententia homicidium rixoſum non eſt proditorium, quia præuidetur ab inſultato, qui ex rixa incipit habere occaſionem dubitandi de ſua vita ab inſultãte, ſicut habet ab inimico non rixante actu; ergo ſicut ex altercatione non oritur proditorium, ita neq; ex inimicitia, ex quo par occaſio dubitandi occurrit in vtroq; caſu, remanet ergo, quod proditorium oriatur à ſola amicitia ſimulata.

Tertio probatur fere ab eius etimologia, nam *prodere* eſt occultum manifeſtare; ſed ſolus fictus, & ſimulatus amicus, & non inimicus manifeſtat, ergo proditio prouenit tantum ab amicitia ficta alias credita vera. Antecedens patet, quia amicus occultum odium, & fel, quod habet in corde manifeſtat, dum proximum, quem fingebat diligere, occidit diuerſum ab eo, quod habebat in ore, nempe, blandum ſermonem, & mel ſuauis collocutionis. Inimicus autem ſuum inimicum occidens, inter quos nota erat inimicitia, odium, ſeu rancor

nihil

nihil manifeſtat diuerſum, ſed odium notum ſuis oſtendit actibus, ſolum ergo fel amaritudinis habebat in corde,& ore notum parti, nihil mellis in ore, quia inter inimicos non datur conuerſatio, nec collocutio, niſi in ordine ad percuſſionem.

Quarto idem patet ex S.Scriptura, nam interfectio Abel facta à Cain, fuit vere proditoria, vt colligitur ex Geneſi cap. 4. 8. *Dixit Cain ad Abel fratrem ſuum, egrediamur foras, cumq; eſſent in agro, conſurexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Ecce ficta amicitia in egreſſu, & deambulatione expreſſa, per quam occultauit odium, & rancorem, quem contra fratrem habebat, erat enim iratus, vt dicitur ſub num. 6. *Quare iratus es?* ex eo, quod Deus reſpexit ad munera Abel, non autem ad munera Cain; cum ergo Abel prætextu amicitiæ fratris occiſus fuerit, dicitur ab eo proditus. Ita *Gambacurta lib.* 5. *cap.* 28. *num.* 6. *Caraſa de duello* 9. 1. *num.* 10. *Graſſet.* §. 14. *n.* 10. *Verſ. Vnde Cain.*

14 Quinto Chriſtus proditus fuit à Iuda, quia ſe fingebat eius amicum, & talem appellauit eum Matth. 26. num. 50. cum Petro enim omnes Apoſtoli, ac proinde etiam Iudas, ſe morti obtulerunt pro eo, vt dicitur *Matth.* 26. 35. & eum per oſculũ, quod eſt ſignum amicitiæ externum, tradidit Iudæis, *ibidem* 48. Fuit ergo homicida, & verus proditor,

Digitized by Google

ditor,& hoc eſt de fide expreſſum, Lucæ 6.16. Act. 7.52. Ita *Decian. lib. 7. cap. 29. num. 5. ex eo Graſſet. §. 9. num.* 23. Nemo poteſt ſine crimine hæreſis aſſerere contrarium.

Communis ergo eſt omnium ſententia, quod ex amicitia ficta oriatur homicidium proditorium, & quo ad hoc nemo cōtradicit, licet non omnes Proditorium alligent ſoli amicitiæ ſimulatæ, aſſerentes proditorium committi etiam ab inimicis inſidioſe occidentibus proximum, de qua opinione agam in quæſt. 4.

15 Itaq; communior, & verior opinio eſt, quod homicidium conſtituatur proditorium ex ſola ſimulatione amicitiæ, vt ex hactenus probatis manifeſtum eſt. Ita tenent cum Bartolo *in l. Reſpiciendum* 11. *§. Delinquunt, de penis, Gomez tom.* 3. *Variar. cap.* 3. *num.* 5. *Verſ. Solum ergo, Decius Fauilla apud Campanil. Rubr.* 11. *cap.* 31. *fol.* 643. *Gabriel de Bellis tract.* 2. *Poſthumo de iure ſacro num.* 18. *Caſtillus deciſ.* 156. *num.* 39. *&* 40. *Sperellus deciſ.* 25. *num.* 14. *Ciarlin. cap.* 151. *num.* 19. *Vincentius de Franchis dec.* 713. *num.* 15. *Gizzarellus dec.* 16. *Gratian. cap.* 619. *nu.* 29. *Grilen* 2. *conſ.* 149. *num.* 7. *&* 39. *Maranta par.* 2. *Reſp.* 46. *num.* 9. *Garguareus conſ.* 71. *num.* 5. *&* 7. *Giurba conſ.* 20. *num.* 13. *conſ.* 60. *Didacus de Mari ad Gizzarel. deciſ.* 16. *num.* 1. *Franc. Baronius de aſſect. b. inim. effectu* 14. *num.*

num. 5. Diana par. 4. tract. 1. reſol. 34. Donatus Anton. Marinus lib. 1. reſolut. quotid. cap. 174. num. 3. Vermigl. conſil. crim. 93. num. 5. conſ. 94. num. 10. & cam. 97. nu. 3. Petrus Gregorius Tholoſanus comment. in Syntaxes artis mirabilis tom. 2. lib. 4. cap. 60. num. 3. Bartus Epa Rodabuſanus Friſius Heroic. & eccleſ. quæſt. cap. 6. fol. 102. num. 34. Thomas del Bene par. 2. de immun. cap. 16. dub. 20. ſect. 2. num. 8. Rodriq. in ſumma par. 1. cap. 155. n. 5. Ecce 23. Doctores, quos Graſſet contra ſe refert *ſ*. 16. ab initio vſq; ad num. 4. aſſerentes, ad hoc vt homicidium ſit proditorium riquiri amicitiam ſimulatam, qua non probata, excluſum eſt proditorium. *Baſſeum adde V. immunitas num. 5. Verſ. ſimiliter.* Idem Graſſetus antecedenter ſub §. 10. num. 9. recenſet Doctores pluſquam ſexaginta, quos ait, aſſerere, eum qui occidit per inſidias inimicum, non eſſe proditorium homicidam, etiam ſi occidat à tergo, aut dormientem, aut clam è feneſtra cum archibuſio. Non recognoui Doctores, an id dicant, contentus ſum eius aſſertione, agit enim contra ſe, ideo ei credendam. Quibus Doctoribus adiungo alios, qui ſunt *Graff. de caſibus reſeru. lib. 1. cap. 14. num. 50. Defendens Quadrlus de caſibus reſeru. Comi diſp. 3. caſu 7. nu. 709. Thomas Hurtadus de Reſid. ſacra tom. 2. Var. reſol. caſuum particular. reſol. 6. ſ. 2. num. 21. Proſper Fagn. part. 5. ad cap. Inter alia, de immun. num. 49.*

Pro perfecta prædictorum intelligentia.

Quæres 3. Quid, & quotuplex ſit amicitia, & quænam conſtituat proditorium? Et per quæ ſigna cognoſcatur, & probetur?

16 ℟. Primo, amicitia eſt affectus, & beneuolentia vnius ad alterum, nemo enim dicitur ſibi amicus, dum amicitia eſt ad alterum à ſe perſonaliter diſtinctum.

Eſt autem duplex, vna naturalis, ſecundum quam omnis homo eſt amicus homini omni, quodam generali amore, vt dicitur Eccli. 13. 19. *Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi.* Vnde bene dixit Cicero 2. de Iuuent. quod *amicitiam natura ipſa peperit.* D. Thomas 2. 2. q. 114. art. 1. diſtinguit amicitiam in affectum, ſecundum quē vnus alteri non nocet, ſed diligit naturali propentione non moſtrando illi ſigna externa affectionis, & patet hanc vocari amicitiam negatiuam, in quantum non exhibetur ſignis externis proximo, & eſt illa naturalis, de qua ſupra.

Amicitia vero conuerſationis eſt illa, quę ſignis externis monſtratur proximo, illum alloquendo, ſalutando, benefaciendo, &c. Et hæc conſtituitur ex actibus poſitiuis, dum ponitur exterius in conſpectu proximi, cui proinde notificatur.

17 ℟. ſecundo, ſigna amicitiæ ſunt plura, quæ reducuntur

cuntur ad tria capita allocutionis, ſalutationis, & benefactionis. Allocutio ergo producit amicitiam externam: *Honded.lib.2.conſ.87.num.64. Sanch.lib. 10.diſp.14.num. 22 fine, ex illis Graſſet.§.14.n.10.* Quare ſignum quoq; eſt ſimultanea habitatio in eodem loco, *Thomas dal Bene par. 2.cap.16.dub.20. ſect.3.num.3. Nouar.in Bullar. par.2.de immun. nu.52. Grillenz.conſ.45.num. 3.* Ambulare ſimul, *Bartol.cit. Farinat.q.18.num.74. Bonac.in Bulla diſp. 2.q.3.p.16. §.8.num.3.cum multis, Graſſet.§.14.num.15.* Manducare ſimul, *idem Bartol. & mox citati Diana par. 1. de immun.reſol.3. Megal.de Pœnit.lib. 4 cap.2.num.18. Honded.lib.3.conſ.87.num.65.& 66.* Et facit illud Matth. 26.23. *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet*, ex manducatione ergo probatur amicitia; ex qua infertur proditorium, ibi: *hic me tradet.* Signum quoque amicitię eſt alium inuitare ad manducandum, etiam affectu non ſecuto, *Caball. de homicid. num.435. Giurba conſ.57.num.13.* Contrahere cum aliquo eſt ſignum amicitiæ, cum non fiat ſine conuerſatione, & allocutione, atq; quibuſcunq; alijs actibus externis beneuolentiæ, & ciuilitatis contrahitur amicitia.

18 Salutatio pariter indicat, & probat amicitiam, *Vincent. Tancredus de Relig. tract. 1. lib. 4.diſp. 8. q. 5. num.22. Nouar.in Bullar.par.2.de immun.num.50. Mar-*

cus

cus Mantica lib.2.conſ. 173.num.6.Graſſet.§.14.num. 5.Salutationis autem tanta eſt vis,vt per eam præſumatur remiſſa iniuria, & facta reconciliatio, Iacobus Nouellus *ad defenſam §. An indicia pro ſe danda ſint,num.45.Sebaſt.Guaz.de pace q.4.num.3.Sanfelic. dec.241.num. 4. Surd.conſ.40.num.27.* Si quis vero amicum non ſalutat, pro inimico habetur, *Bertaz. conſ.424.num.4.Paulus Fuſcus in ſingular.vtriuſq;iuris lit.I.V.inimicus num.23.Maſcard.concl 899.num.33.& 34.Crotus de teſtib. par.3. num. 115.Vermigl.conſ. 30. num.9.aut*, id non eſſe intelligendum de graui inimicitia.

Dubium autem eſt, an ex vnico horum actuum ſalutionis, locutionis, &c. dicatur contracta amicitia? Negat *Bertazol.lib.3. conſ.98.num.1.2. & 3.* requirens non breuem perſeuerantiam; adeo vt duo menſes non ſufficiant, nec vnica hoſpitatio, ſed nimis rigoroſus eſt.

19 Dico, non ſufficere vnicam ſalutationem, aut collocutionem ad contrahendam amicitiam fictã, quæ inducat proditorium, quia aliter omnes fere ciuiles ex vrbanitate ſe conſalutantes eſſent amici, & ſic omne homicidium inter eos eſſet proditorium, aliqualis ergo conſuetudo inter eos neceſſaria eſt, vt docent *Abbas in cap. Repellantur 7. de Accuſ. num. 2. Gram. conſ.42. num. 12.cum alijs Maſcard.*

card. concl. 85. *num.* 5. Confirmatur ex dictis hic n. 8. vbi Bartolus exẽplificat in ſocietate itineris, & in comeſtione, in quibus datur mora, ergo aliqualis conuerſatio, & non ſimplex ſalutatio ſufficit; tranſeundo, De qua re latius dixi infra q. 63.

20 ℞. Tertio, præmittendo duplex genus probationis, vnum per teſtes exceptione maiores conuenientes in eadem depoſitione, vel in ea differentes, & ſic ſingulares, ex quibus oritur ſingularitas teſtium; alterum teſtium, qui tanquam inhabiles patiuntur exceptiones. Singularitas autem

21 triplex. Obſtatiua, per quam dicta teſtium ſe inuicem deſtruunt, & ſic nihil probant. Diuerſificatiua eſt illa, ex cuius varijs teſtium depoſitionibus non contrarijs, ſed diuerſis, inferuntur plures actus in ordine ad delictum, quod probatur; vt, quod Petrus ſit occiſus hic gladio, pugione, baculo, in fronte, in pede, &c. Cumulatiua, ſiue Adminiculatiua eſt illa, qua dictum vnius fauet dicto alterius, dum plures teſtes per diuerſa media tendunt, ad probandum idem delictum; vt, quod vnus audiuit Petrum blaſphemare, alter deponit de fama, alter de confeſſione. Vide Farinac. *q. 64. Mirandum q. 17. de ordine iudic. Caſtrapal. tract. 4. diſp. 8. p. 15. ſ. 4.*

22 Certum autem eſt, quod in ordine ad condemnationem

nationem penæ ordinariæ contra proditorem, probatio debet eſſe ad minus duorum teſtium omni exceptione maiorum. Si enim requiritur hæc probatio in ordine ad immunitatem, vt docet Michael Ferrus *Mauriq. in quaeſt. Vicarial. par. 1. q. 57.* de qua re ego infra loco ſuo q. 59. à fortiori in ordine ad Condemnationem.

23 ℞. Quarto, non ſufficere ad proditorium conſtituendum naturalem amicitiam, quia ea reperitur omnibus innata, ergo omne occidens eſſet proditor, & in ea ſimulatio probari non poteſt, cum non conſiſtat in actibus externis, per quos ſolum probatur poſitiua amicitia ſimulata, cum ergo amicitia naturalis, & negatiue non conſtet ex actibus externis, vt improbabilis reijcitur à ratione proditorij.

Quoniam autem hactenus probatum eſt, ſolam amicitiam ſimulatam conſtituere proditorium, ac proinde excludi inimicitiam, ideo an id verum ſit.

Quæres 4. An etiam ex inimicitia oriatur, & ſpecificetur homicidium proditorium?

24 ℞. Negatiue, quia eadem ſpecies proditorij homicidij ſpecificari non poteſt à contrarijs differentijs, cum differentiæ ex ſua oppoſitione, & contrarietate conſtituant tales ſpecies, quæ de ſe inuicem prædicari non poſſunt; ſed ex communi ſen-

ſententia omnium proditorium conſtituitur ex amicitia colorata, & ficta, ergo conſtitui non poteſt ex oppoſita differentia inimicitiæ. Ita *Caballus de omni genere homic. num.* 395. *Riccius par.* 1.*deciſ.* 80. *Farinac.Conſil.* 76.*num.*7.*Caſtill. dec.*154.*num.*12.*Sperell.dec.*23.*num.*10.*Gargiar.conſ.*71.*num.*1. cum multis alijs, quos contra ſe citat *Graſſet.* ſ.10.*num.*11. idem ſentiunt nobiſcum *Caſtropal.par.* 2. *de Immun. p.*9.*num.*28. *Nouarius par.* 2. *in Summa Bullar.de immun.num.*49.*Dal Bene de Immun.par.*2.*cap.*16.*dub.*20. *ſect.*2.*num.*8. alios citaui ſub num. 15. Qui omnes dicunt, inimicitia probata excludi proditorium.

25 Graſſetus eodem ſ. 10. num. 16. aſſerit eum, qui occidit per inſidias eum, cui erat inimicus occiſor, proprie dicendum eſſe proditorem, & pro ſe citat circa quindecim Doctores, cum quibus eſt *Clarlin. cap.* 12. *Couar. lib.* 2. *Var.cap.*20. *num.*7.*Verſ. Tandem*, *Barboſ.lib.*2.*de iure eccleſ. cap.*9.*num.*91. alijs citatis. Probat multis ponendo ſub ſ. 9. num. 11. radicem deformitatis homicidij proditorij in eo, quod proditorium committatur in perſonam non valentem hic, & nunc ſe defendere ab aggreſſore, vndecunq; proueniat hæc impotentia ſe defendendi, ſiue excludat facultatem radicalem vtendi medijs conducibilibus ad euertendum malum imminens ab aggreſſore, ſiue non excludat, ſed

ſupponat non actuatam per oportunam aggreſſionis cognitionem. Refundit ergo totam labem proditionis in impotentiam ſe tuendi, quam ſolam num. 45. vult eſſe attendendam in puncto aggreſſionis non autem in conflictu; & eam vult eſſe rationem formalem, & differentiam conſtitutiuam proditorij, quod diſtinguit à quolibet alio homicidio; in quo non reperitur huiuſmodi impotentia ſe tuendi ab aggreſſore. Hæc autem impotentia ſine dubio reperitur in agreſſo per inſidias, ergo & proditorium, dum ex impotentia conſtituitur. Probat id multis.

Primo hoc argumento ſub *§. 9.* num. 16. Ratio proditorij eſt in omni eo homicidio, quod ſequitur ex aggreſſione hominis hic, & nunc impotentis ad ſe defendendum ab aggreſſore, ſed homicidium, quod fit ex inſidijs negatiuis in hominem indiffidatum, & repertum hic, & nunc, nihil omnino de hoc ſuſpicantem, non præuidentem, non timentem, non cogitantem, non expectantem, non præcauentem, aut non habentem motiuum præcauendi, aut non potentem, aut non debentem præcauere, ex dictis *§.* 4. ſequitur ex aggreſſione hominis hic, & nunc impotentis ad ſe defendendum ab aggreſſore; ergo ratio proditorij eſt in tali homicidio. Per hoc argumentum intendit

tendit probare, rationem proditorij, non reſtringi per ſimulationem amicitiæ, ſed prouenire etiam ab inimicitia, cum in vtroque caſu occiſus ſiue ab amico, ſiue ab inimico per inſidias dicatur fuiſſe impotens in aggreſſione à quouis illorum ad ſe defendendum.

Reſp. ad argumentum negando maiorem, omne ſcilicet homicidium dici proditorium, in quo reperitur impotentia ex parte aggreſſi, quia hæc reperiri etiam poteſt in occiſo ex præcedenti rixa, cuius homicidium nullatenus eſt proditorium in ſententia omnium, ipſius quoque Graſſet. ex §. 2. num. 14. nam experientia docet, quandoque occiſum ex antecedenti rixa fuiſſe impotentem ad ſe defendendum, dum ex improuiſo homicidium ſequitur immediate altercationem. Res eſt clara. Quoniam vero ipſe ſupponit, non reuera probat, impotentiam huiuſmodi eſſe conſtitutiuum proditorij, quapropter id omnino falſum eſt, vt patet ex ſequentibus argumentis.

26 Primum ſit, nam ratio conſtitutiua proditorij debet eſſe aliquid ex ſe turpe, deforme, & malum culpabile, cum enim homicidium ſit peccatum, debet quoque eius proditio vti malum conſtitui per rationem de ſe turpem, deformem, &

malitioſam, ſiquidem ſicut bonum ſpecificatur per bonitatem ſuam ſibi proportionatam, ita malum, & peccatum, qualificari debet per malitiam ſibi competentem: ſed impotentia ad ſe defendendum nullam habet rationem mali moralis turpitudinis,& deformitatis; ergo non poteſt eſſe ratio conſtitutiua proditorij in ſuo eſſe ſpeciali, quod ſine dubio malum morale eſt, non tantum phyſicum, cum homicidium non ſolum ſit deſtructio naturæ indiuiduæ, ſed etiam inductiuum mali moralis, & peccati prouenientis ex tranſgreſſione legis. Minor probatur, quia impotentia ſe tuendi eſt defectus naturalis proueniens ex ignorantia, & inaduertentia excuſatiua à peccato, cum caſus improuiſi non poſſint præuideri, ergo ea nullam habet rationem mali, & turpis, ac proinde non poteſt eſſe ratio conſtitutiua proditorij, quod malum, & peccatum eſt.

27 Secundum ſit hoc, quia impotentia hæc vel negat aptitudinem tantum ad ſe defendendum; vel actum tantum, vel vtrunq; ſimul, itaut impotentia ſit ſimpliciter talis reſpectu complexi vtriuſq; *Primum*, hæc impotentia non negat aptitudiné, quia aptitudo, & potentia in actu primo ad ſe defendendũ reperitur in omnib. hominib. cũ nõ impotẽtia, ſed potẽtia naſcatur cũ homine ad ſe defẽdẽdũ

non

non conſideratur ergo impotentia hoc modo ſpe-
ctata, cum non detur, dum homo concipitur, & na-
ſcitur cum naturali potentia ad ſe defendendum
in actu primo, quod nemo negat. *Secundum*, hæc
impotentia ergo negat actum ſecundum in poten-
tia ſe defendendi, & cum hæc immediate oriatur
ex parte ipſius inuaſi, nimirum ex imbecillitate
virium, ex negligentia, ex ignorantia, ſeu inaduer-
tentia, &c. non poteſt conſtituere proditorium,
28 cum non ſe teneat ex parte occidentis, ſed occiſi,
qui non dicitur proditor, ſed proditus, ex quo
enim proditio eſt peccatum tantum ex parte oc-
cidentis, à quo non prouenit impotentia, quæ tan-
tum reperitur in aggreſſo, neceſſe eſt, quod ab eo
accipiatur malitia conſtitutiua proditorij, & non
ab inuaſo, cui non imputatur peccatum, proditori-
um ergo non poteſt conſtitui ex impotentia. *Ter-
tium*, illud complexum pariter non negat potenti-
am in actu primo, quia vt dixi, omnibus inditum
eſt à natura ius ad ſe defendendum, ſed tantum
eandem in actu ſecundo. Reſtat ergo, quod poten-
tia impedita non poſſit exire in actum, ex quo ho-
mo de potente in actu primo fit impotens in actu
ſecundo ad ſe defendendum, ex aliquo ſe tenente
ex parte ipſius agreſſi, ac proinde cum id ſe teneat
ex parte aggreſſi, non poteſt ſpecificare homici-

Digitized by Google

dium in eſſe proditorio cum ſpecificatio debeat procedere ab ipſo aggreſſore, qui denominatur proditor, & non à prodito, qui non eſt proditor.

29 Tertium argumentum ſit, quia cum ratio impotentiæ huiuſmodi ſit æquiuoca non poteſt conſtituere proditorium in ſua deformitate propria, debet enim differentia moralis, ſicut naturalis eſſe ratio vniuoca, vt poſſit ſpecificare illud, quod conſtituit. Quod autem impotentia hæc ſit ęquiuoca, probatur nam modo oritur ex incautione, modo ex inaduertentia, modo ex defectu virium, modo ex ætate, modo ex amentia, modo ex incluſione in loco, in quo non poſſit ſe defendere, ex ligatione manuum, pedum, &c. à debito pariter non ſe defendendi, vt in Chriſto. Hos modos, & alios aſſignat Graſſet. quibus factus impotens aggreſſus dicitur proditus. Quod omnino falſum eſt, cum in omnibus aggreſſionibus poſſint reperiri omnes modi prædicti. Quare pro diſtinctione homicidiorum proditoriorum à non proditorijs recurrendum eſt ad differentiam certam non confuſam, vniuocam, non æquiuocam, & ea eſt ſimulatio amicitiæ, vt probatum fuit in præcedenti quæſtione ergo illi ſtandum.

30 Quartum ſit, quia impotentia ſe defendendi non poteſt eſſe vltima differentia proditorij conſtitutiua

tiua

tiua contra eundem Graſſet.§.9.nu. 39. & 40. Ratio eſt, quia deformitas moralis conſtitutiua proditorij, debet trahere originem, vel ab ipſo aggreſſo, vel ab aggreſſore, aliud enim ſubiectum asſignabile non eſt; ſed impotentia à neutro trahit malitiam; non ab aggreſſo, quia in eo nullam dicit malitiam, vt patet; non ab aggreſſore, qui non impotens, ſed in effectu potens, dum deſtruit naturam hominis occiſi; ergo aliunde huiuſmodi differentia accipienda eſt, nimirum à ſimulatione amicitiæ.

31 Quod ſi aliquando deformitas conſtitutiua homicidij qualificati ſub certa ſpecie deſumatur ex parte occiſi, vt contingit in homicidio ſacrilegij, & parricidij, id procedit, quia læditur aliqua ſpecialis virtus, & perfectio reperta in perſona occiſa, vt in Clerico lęſio dignitatis Clericalis ordinis, in occiſione patris læſa manet pietas debita parẽtibus, filij enim debẽt honorare parentes, non occidere. In caſu autem noſtro nihil ſpeciale reperitur in occiſo, per quod homicidium debeat denominari proditorium, ſed tota deformitas emanat à proditore ratione ſimulationis amicitiæ. Nec dici poteſt deformitatem impotẽtiæ accipere malitiam huiuſmodi à læſione vitæ, & eius priuatione, quia iniqua vitæ priuatio eſt deformitas gene-

rica communis omnibus homicidijs, non ex parte occiſi, ſed occidentis, nam moralis malitia accipitur à tranſgreſſione legis. *Non occides* quæ refertur ad occidentem, cui ſit prohibitio, non ad occiſum, cui per legem vita præcipitur ſeruari.

32 Quintum ſit, quia impotentia opponitur potentiæ; ſed hæc vti defenſiua refertur ad ſe tuendum à quolibet homicidio, ergo & impotentia vti indefenſiua referenda eſt ad omne homicidium, cõtraria enim ſunt ſub eodem ſubiecto cum effectibus contrarijs, *l. fin. ff. de edend. l. Qui accuſare ff. de accuſat. Surd. conſ.* 350. *num.* 22. Cum ergo impotentia reperiri poſſit in omnibus necibus, omne homicidium erit proditorium, quod nemo concedit.

33 Sextum argumentum accipitur à proditione Chriſti, in qua locum non potuit habere huiuſmodi impotentia, nec incautio, quia incautio non poterat dari in eo, cum arguat imperfectionem, quæ omnino abfuit à Chriſto etiam homine, non impotentia, quia erat potens, vt dicitur Matth. 26. 53. *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi pluſquam duodecim legiones Angelorum.* Et nihilominus Iudas fuit proditor, vt de fide credendum eſt, Lucæ 6. 16. *Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor.* Quare impotentia non eſt de ratione conſtitutiua proditori, dum Chriſtus poterat ſe defendere, & noluit. Reſpon-

Reſpondet Graſſet §.9.num.23.facta præciſione naturæ humanæ ab vnione diuinæ eſſentiæ in ſubſiſtentia Verbi, Chriſtus vere conſiderabatur, vt, impotens humanitus ad ſe tuendum, cum affidaretur de Iuda, quantum erat ex vi ſocietatis cum eo initæ, & alioquin in aggreſſionis articulo foret inermis,& haberet contra ſe globum armatorum, cui reſiſtere hic, & nunc impar non poſſet, ſicut nec in his anguſtijs fugere,nec aliorum hominum, auxilium implorare,nihil obſtante,quod conſideratus, vt homo Deus cognoſceret fraudulentiam Iudæ efficacem ad diffidandum, quia proditio inſpici debet ſecundum, quod accidit inter homines, & ſecundum modum, & menſuram virtutis humanis corporis. Sicut neq;læderetur conceptus proditionis, ſi aggreſſus ſciret per diuinam reuelationem futuram aggreſſionem cum inſidijs, & non ſe voluntarie defenderet, occideretur enim humanitus impotens ad ſe defendendum, & reuelatio ſe haberet per occidens.

34. Sed contra eſt, quia aliud eſt reuelatio, aliud defenſio; licet enim reuelatio, & præſcientia futuræ proditionis ſit ſupernaturalis homini communicata, tamen potentia ſe defendendi manſit naturalis, ſicut talis erat ante reuelationem, poterat enim vocare diſcipulos in adiutorium, vt ſibi promiſe-

Digitized by Google

miſerânt, poterat fugere frangendo globum militum, non ſolum quando milites abierunt retrorſum, ſed etiam ſi non cecidiſſent; multi enim licet ab inimicis circundati milites ſtrenui tamẽ ab eorum manibus euaſerunt, ergo Chriſtus ita facere poterat viribus ſuis naturalibus vt homo, ergo non erat impotens etiam humauitus ad ſe defendendum.

Non obſtat ergo reuelatio, quia cum ea conſiſtat in gradu ſuæ ſupernaturalitatis non facit, quod potentia ſe defendendi tranſeat in ordinem ſupernaturalem aut fiat talis per accidens; non illud, quia potentia vtitur medijs naturalibus, & ſibi proportionatis: non hoc, quia media ſunt per ſe proportionata ad exercitium potentiæ, & defenſionis;& vtrunq; eſt in ordine naturali,ac proinde ſe habent per ſe, & non per accidens. Occiſus ergo fuit Chriſtus vt homo, non quia erat impotẽs, ſed oblatus eſt, quia voluit mori, quod non tolit potentiam ad ſe defendendum. Impotentia enim ſecundum Graſſet. oritur ex incautella cum relatione ad aggreſſorem, qui non præcogitantem ex repentino ictu reddit impotentem; Chriſtus non fuit factus impotens hoc modo, quia reuera poterat periculum euitare,vt ipſemet dicit ex allegata auctoritate. *An putas? quia poſſum rogare Patrem, &*

exhi-

exhibebit mihi ſcilicet homini, *pluſquam duodecim legiones.* Sed ex debito obedientiæ voluit eſſe impotentem, iuxta illud: *factus obediens vſq; ad mortem*, itaq; hæc impotentia, cum aliunde ſit, non poteſt conſtituere proditorium, quod ex naturali, & morali turpitudine oriri debet, qualis eſt ſimulario amicitiæ.

35 Sextum argumentum deſumitur à bonitate, & malitia humanorum actuum, nam per prius eſt in actibus voluntatis, & ſubſequenter in actibus externis, quibus communicatur à voluntate, quę primo, formaliter, & intrinſece eſt bona, vel mala propter ſuam libertatem in agendo, quas qualitates partem communicat per denominationem extrinſecam actibus externis aliarum potentiarum, quæ cum de ſe non ſint libere, ſolum denominatione extrinſeca vocantur bonæ, vel malæ, ex communi doctrina Theologarum *in S. Thoma* 1.2.*q*.20. *art*.*l*. *Scoto in* 2.*deſt*.42.*q*.4. Actus ergo voluntatis dicuntur mali formaliter, externi vero per dependentiam ab ipſa voluntate, cui prohibentur per legem fieri, & imperari alijs potentijs; ſed à voluntate occidentis non imperantur ſuis potentijs actus impotentiæ, quæ actus non eſt, ſed negatio potentiæ non exeuntis in actum defenſionis, ergo impotētia huiuſmodi non poteſt denominari proditoria,

ditoria, ſed ſolum illi actus, qui imperantur à voluntate occidendi, cuiuſmodi ſunt percuſſiones, verberationes, &c. Quare tunc percuſſio erit proditoria, cum ab imperante accipiet ſuam ſpecialem malitiam proditorij exiſtentem formaliter in voluntate ſcilicet ſimulatæ amicitiæ, quam communicat prędictis actibus externis poſitiuis percuſſionis, &c. Quare cum impotentia non ſit capax recipere malitiam, non poterit conſtitui per ipſam homicidium proditorium.

37 Septimum argumentum deſumitur ab impugnatione eius, quod dicit ſ.9.num.45. nimirum impotentiam conſtitutiuam proditorij non ſpectari in actu initiatę percuſſionis, nec in conflictu, ſed tantum in aggreſſione, & ante conflictum; ex hoc autem ſequitur impotentiam nihil communicare cõflictui, in quo conſiſtit homicidium, dum cum ipſo non coniungitur, neq; ipſa voluntas propriam malitiam proditionis communicare eidem impotentiæ, cum non ſit actus externus capax malitię requiſitæ ad proditorium. Reſtat ergo, quod propria ratio conſtitutiua proditorij ſit ipſa turpis amicitia, quę coniungitur cum actu externo conflictus, & homicidij, ex cuius exiſtentia cognoſcitur, qualis fuerit antecedens amicitia, quæ vera antea putata, patet ficta, & vera inimicitia.

38

38 Probat ſecundo, homicidium factum per inſidias eſſe proditorium, quia occidens per inſidias non diffidatum, ſed omnino improuiſum, atq; incautum, dicitur ſecundum communem vſum loquendi, apud Italos, id facere: *Traditorescamente, da traditore, e non da valent'homo* ex ſ.9.num.57.vbi quamplures Doctores refert aſſerentes ab vulgo huiuſmodi inſidiatores vocari traditores. Communis autem vſus loquendi attenditur in omni materia tam odioſa, quam fauorabili, immo receditur à propria verborum ſignificatione, vt firmat ibidem relatis Doctoribus n. 58. ergo occidens per inſidias dicitur feciſſe homicidiũ *à tradimẽto*, hoc eſt proditorium, cum illud vulgare verbum idem importet, quod hoc *proditorie* occidere ſiue committatur homicidium ab inſidiatore amico, ſiue inimico.

2. Homicidium per inſidias perpetratum ab inimico nullatenus eſſe proditorium, quia inimicitia illum continuo admonebat, vt ſe caueret, cum ergo, vt reſpondeam ex eius principijs, non detur impotentia, nec dabitur proditorium.

39 Nec illa communis vulgi locutio *à tradimento* quidquam probat, quia vulgus ignarus non habet docere, ſed diſcere, neq; ex ignorantia oritur doctrina, ſed à legislatoribus, & viris peritis, & abſurdũ eſt quærere ſcientiam, & definitionem rerum ab impe-

imperitis. Commuuis ergo vſus loquendi non attenditur in ſtatutis, & legibus conditis à iure peritis, præſertim latino ſermone, hæc enim non ſunt interpretanda ex locutionibus illiteratorum, ſed ex verbornm proprietate, vt docent in terminis iſtis tres iuris conſulti, qui fecerunt conſil. 168. Farin.num.73. Præterea non habere locum in legibus, & ſtatutis latine conceptis traditur etiam per Rotam par. 5. deciſ. 151. num.28.& 29. Et id
40 clarius etiam probatur in dictione *Homo*, quæ latine prolata ſignificat tam fæminam, quam maſculum, *l. Hominis 152.ff de verbor.ſignif.* Vulgari ve-
41 ro idiomate ſolum maſculum ſignificat. Vlterius hæc dictio *Presbiter* in latino ſermone reſtringitur ad Sacerdotem, in vulgari vero ſignificat quemlibet ex Clericis, ſiue in maioribus, ſiue in minoribus conſtitutum; vnde ſi teſtamentum e. g. latine concipiatur, nomen Presbiteri importat ſolum Sacerdotem; vero vulgariter exprimatur, ad quemcunq; Clericum extenditur, vt *ex Mantica deciſ.129.num.1.& Roland. vol.5.conſ.85. num.21. docet Tondutus lib.1.queſt. benefic. cap.51.num.6. Rota par.7. dec.14.num.7.*

Hanc diſtinctionem impugnat Graſſet. ſ. 9.num.60. quia obiectum ſignificatum per hos terminos *à tradimento, & Proditorie*, eſt omnino idem, nam di-

uerſitas

Digitized by Google

uerſitas linguæ non facit diuerſitatem conceptus, quando obiectum terminorum diuerſæ linguæ eſt omnino idem.

42 Inutilis eſt hæc impugnatio, quia nititur petitione principij, id enim eſt in quæſtione, an ea duo verba, vulgare, & latinum idem ſignificent, ille affirmat, nos negamus propter rationes adductas. Id vlterius probatur, nam ſignificatio dictionis vulgaris deſumitur à latina, quando ſunt eadem, prius enim eſt idioma latinum, quam vulgare, ſed verbum *traditor*, à quo *tradimento* dicit homicidium factum ſub calore amicitiæ, vt colligitur Marci 14.44. *Dederat autem traditor eis ſignum eius.* Sed Iudas, de quo in hoc textu eſt ſermo fuit proditor, ex capite amicitiæ ſimulatæ, ergo illi ambo termini referuntur ad tradimentum ex cauſa amicitiæ coloratæ. Solent parentes vocare traditores, qui in rixa filios ſuos occiderunt, & tamen tale homicidiũ nequaquam proditorium eſt. Nomina

43 ergo imponenda ſunt rebus à peritis, non ab indoctis, debent enim imponi rebus, & non verbis *l. 2. ff. commad.* & debent eſſe conuenientia rebus *Gloſ. v. Nominis ratio, cap. Cum ſecundum 16. de prabend.*

Probat 3. dari proditorium ex inſidijs inimicorum ex cap. 1. de homicid. *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum,* vt

vt moriatur in hoc textu habetur ſolum ratio inſidiarum, vt homicida ab altari euellatur, nulla habita conſideratione amicitiæ, vel inimicitiæ, & citat Doctores ſ.10.num.20. Confirmat ſ. 9.num. 63. 2. ſenſum illius textus per Bullam Gregorianam de Immunitate, quam non habent homicidę proditores ex eius verbis: *Qui proditorie proximum ſuum occiderint*, ergo tam caput præcitatum, quam Bulla loquuntur de eodem homicidio facto per inſidias, ſiue per amicum, ſiue per inimicum.

44 ℞. In illo textu, ne verbum quidem pro cognitione proditionis. Deinde in illo textu non agitur de immunitate confugientium ad eccleſiam, ſed de depoſitione, & irregularitate proueniente ex homicidio ex propoſito facto animo occidendi, vt docent *Panor. ad dictum caput*, *Faber de Sacram. Ordinis cap.3.num.215.Caſtropal.de irregul.ſ.1.num.2. p.15.* Et de hoc nullatenus eſt dubitaudum, cum eadem verba præfati textus referantur in Tridentino ſeſſ.14.cap.7.in ordine ad irregularitatem, & non in ordine ad immunitatem, quæ quid omnino diuerſum eſt ab irregularitate. Gloſ.initio dicti textus bonam adducit rationem, in eo non agi de immunitate, ſed de irregularitate, quia ſecundum eum ſenſum debuiſſet reponi ſub titulo immunitatis, & non ſub hoc de homicidio, ex quo oritur irre-

irregularitas, ergo de hac tantum agitur. Con-
firmatur, quia diuerſa ſunt altare, & eccleſia, *ex tit. de conſecratione eccleſiæ, vel altaris*; diſiunctiua enim diuerſificat, *Barb. Dict.* 415 *num.* 1. Deinde is textus cum ſit ad verbum ex textu 21. 14. Exodi, non poteſt habere eum ſenſum de immunitate confu-
46 gientium ad eccleſiam, quia in lege antiqua non altare, nec ſinagoga erat refugium homicidorum, quia Deus, vt legitur in Deuter. cap. 19. illis conſtituerat in primis tres ciuitates, ad quas confugientes homicidæ, non ex propoſito erant ſalui, occidentes vero illuc recurrentes extrahebãtur, & puniebantur nulla gaudentes immunitate, ad cuius exemplum Gregorius Decimusquartus noluit, huiuſmodi homicidas ex propoſito gaudere immunitate eccleſiarum, quales ſunt graſſatores viarum, proditores, & aſſaſſini. Demum ex quadam Bulla Clementis Octaui apud Peregr. de immun. cap. 7. num. 21. relata, aſſeritur, occidentem ex feneſtra ſuum inimicum, non eſſe priuatum immunitate, ergo ſic occidere ex induſtria ex inſidijs non eſt prodere, ſicut ſi occidiſſent amicum. Et ex his patet ad rationes Graſſet. præſertim num. 75. & ſeq. ex §. 9. 10. num. 20. & ſeq.

Digitized by Google

Probat 4. ex §. 16. à num. 19. quia vnum actibus oſtendere, & aliud in mente gerere, non eſt formaliter prodere, & tamen aduerſarij volunt in eo conſiſtere colorem amicitiæ. Et illud probat *per S. Thomam 2.2.q.111. art.1. in corpore, & Leſſium lib. 2. de Iuſt. cap.47. num. 33.* Vbi vterq; agit de malitia mendacij, & ſimulationis in genere, dicentes, quod eſt mentiri, & ſimulare, non autem formaliter prodere. Quare ſimulatio, & mendacium, inquit, eſt cauſa inſtrumentalis proditionis, tum remote concurrendo ſcilicet ad efficiendum incautum impotentem ad ſe tuendum; tum proxime operando, vt aggreſſio terminetur ad ſic impotentem. Quare illa ſimulatio quatenus ponit, ſeu perficit terminum, & obiectum formale proditionis, impotentiam ſcilicet ſe tuendi, & efficit, vt aggreſſio ipſa terminetur ad ſic impotentem, eſt quid prius proditione. Proditio ergo non poteſt conſiſtere in eo, quod quis alium occidat cum mendacio, & ſimulatione vt ſic; ſicut ſi mercator vendat rem ſuam cum mendacio, non ideo dicitur proditorie vendere, ſed fallaciter, doloſe, mendaciter, & fraudulenter, quib. terminis ſubeſt conceptus meræ difformitatis à veritate, & deceptionis, qui cõceptus eſt omnino diuerſus à cõceptu proditionis aliquid amplius inuoluẽtis, & proinde terminus *proditorie* ſit deputatus ad ſignificãdũ illud aliquid amplius. 47

47 Contra eſt, nam in ſimulatione duo ſpectantur mendacium, & deceptio, hæc ad illud ſequitur ex Leſſio citato num. 33. & 36. Argumentum currit reſpectu primi; claudicat reſpectu ſecundi. Mendacium namque ſpectat ad intellectum reſpectu falſitatis; deceptio vero pertinet ad voluntatem, quia intellectus non decipit, ſed voluntas ex artificio intellectus. Modo ſimulatio amicitiæ quantum ad mendacium præcedit proditionem, non vero quo ad deceptionem, cum ſecundum hunc conceptum ſit formaliter ipſa proditio, nam ſimulatio, & proditio manifeſtatur in ipſo actu externo occiſionis, quod ſcilicet aggreſſus occiſus fuerit proditorie ex ſimulatione amicitiæ, non ex impotentia occiſi ad ſe defendendum.

48 Et id confirmatur, quia malitia actus interni cõmunicatur actui externo, percuſſio enim actus externus ex ſe ipſo quidem mala eſt phyſice, quia tendit ad deſtructionem aggreſſi, non vero talis eſt ex ſe moraliter, niſi per denominationem extrinſecam, & dependenter ab actu interno veluntatis male operantis; ſed ratio impotentiæ non poteſt ab actu interno communicari actui externo percuſſionis, cum ea reperiatur ſolum in patiente non peccante, & non in agente aggreſſore, in quo, & à quo eſt malitia proditorij, voluntas enim occi-

dendi, & ſimulatio amicitiæ ſe tenent ex parte aggreſſoris; ergo impotentia non pertinet ad rationem deformitatis proditorij, dum ea eſt ſolum in occiſo, ſine vllo malitioſo defectu; Præterea, vt dictum fuit ſupra per ipſum Graſſet. impotentia hæc ſpectatur ante aggreſſionem, & conflictum, per quem immediate ſequitur homicidium, ergo non poteſt eſſe differentia conſtitutiua proditorij, dum illud præcedit, nam poſita in actu cauſa formali non poteſt non ſequi in eodem inſtanti eius effectus *l. Remunerandi 6. ſ. Si cui ff. Mandat.* vbi dicitur, quod ea eſt cauſa vera, qua exiſtente, res exiſtit, ex qua deficiente res deficit; quod verum eſt non ſolum in naturalibus, nam poſita rationalitate, ſeu anima rationali, eſt quoque in eodem inſtanti homo; verum etiam in moralibus, nam poſita falſa locutione contra Deum, eſt etiam blaſphemia ab ea ſpecificata. Secundum Graſſet. eſt in actu impotentia, & nondum eſt homicidium, ergo non poteſt eſſe forma, & differentia illius conſtitutiua in eſſe proditorij, ſatis enim notum eſt, quod cauſa, & effectus debent eſſe ſimul maxime formalis, cum effectui det eſſe ſuum.

Nihil

Digitized by Google

Nihil aliud poteſt denominare homicidium proditorium, niſi ipſa ſimulatio amicitiæ, quæ proprie prodit, & manifeſtat exterius, homicidium fuiſſe proditorium proueniens ex deceptione, quæ latebat in amicitia ficta, adeo quod amicitia apparet ficta in ipſa aggreſſione, & conflictu, morte ſequente. Occidens ergo proditorie ille dicitur, qui tale homicidium habebat occultum in corde, & ore fouebat ſimulando amicitiam, vt ſecure poſſet occidere, traditor ergo vnum habet in corde ſcilicet homicidium præmeditatum, & aliud in ore ſcilicet ſimulationem amicitiæ, quæ non vera, ſed ficta apparet ex actu externo homicidij, homicidium ergo ſpecificatur proditorium à deceptione, non à mendacio.

Probat 5. eodem *ſ.* 16. num. 22. Quando proditor dicitur ille eſſe, qui aliud gerit in corde, aliud in opere, non eſt propria locutio, quia qui hoc facit, non prodit, niſi præparatorie, ſed eſt proprijſſime ſimulator, & mendax, & per hæc inſidiatur; quando autem per has inſidias affidatum, & impræcauentem aggreditur, tunc eſt proprijſſime proditor. Refert plura ad hoc, & præſertim hoc exemplum num. 28. quod pater amans in corde filium, & in verbis odium ſerium præmonſtrans, erit proditor, cum vnum gerat in corde, aliud in ore,

quod tamen falſum eſt, vnde, & id ex quo ſequitur?

49 Contra eſt, quia huiuſmodi locutio proprijſſima eſt, & proportionata materiæ referens adęquate, & formaliter rationem proditorij, conſiderata ſimulatione in ratione deceptionis, non mendacij; dum enim concipitur amicitia ſimulata actu interno cordis demum communicata actui externo occiſionis, apparet, quod aggreſſor aliud gerebat in corde, nimirum futuram occiſionem, aliud in opere, dum per interfectionem demonſtrat fuiſſe non veram, ſed fictam, & ſimulatam, itaq; corde nihil ſimulat, cum vt verus inimicus intendat occidere, quod alias occultum prodit, & demonſtrat dum occidit, & ſimul oſtendit, quod in ore habebat blanda, & dulcia verba deceptoria præſeferentia amicitiam non veram, ſed fictam, quæ in re erat inimicitia, quam occultabat in corde, vt tuto poſſet occidere proximum in ſe cōfidentem. Conſtat ergo ex his, proprie dari diuerſitatem ex ſimulata amicitia in corde, ore, & opere, dum in corde nutritur amicitia, in ore fingitur amicitia, & in opere homicidij proditur ſimulatio amicitiæ, quæ reuera erat deceptio, & inimicitia.

50 Ad exemplum reſpōdeo, patrem in corde vnum habens, & aliud in ore, non dici proditorem, quia ad proditionem non ſufficit, qualibet ſimulatio,

ſed

ſed talis, quæ ſit deceptoria, & peccatum, vt poſſit afficere ſua malitia actum proditionis externum, nam Chriſtus finxit ſe longius ire, Lucæ 24. 28. habens vnum in corde, & aliud in ore, & vtrunq; verum, vt dicit S. Gregor. Homil. 23. *Talis ſe eis exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente,* & tamen in eius fictione nulla fuit deceptio, nec malitia. In caſu autem propoſito de patre erga filium, ſimulatio patris ad terrendum filium, non eſt vitioſa, ſed virtuoſa ordinata ad correctionem filij, non ad illius occiſionem, & ideo non facit ad rem. Adde, quod latens in corde reſpectu homicidij ſemper eſt vitioſum, nempe inimicitia antecedens homicidium; & ſimulata amicitia participans de odio, & deceptione. In eo autem exemplo nihil horum, ſed præcedit amor, quod demonſtratur odium ex ſeria increpatione, cum tamen non ſit in re, homo enim iraſci poteſt, non odiſſe ſine peccato, iuxta illud Pſal. 45. *Iraſcimini, & nolite peccare.* Debet ergo præcedere occultum malum, & ſequi bonum fictum, quod in re eſt illud malum tandem manifeſtatum in homicidio. Itaq; ratio formalis proditorij in eo ſita eſt, quod traditor habet in corde, fel homicidij, & in ore mel amicitiæ, vt homicidium mortale in corde apparet exterius per interfectionem fuiſſe occultatū in melle oris ami-

citiæ, à qua denominatur proditorium. Pater è contra, mel in corde habebat, & in ore fel amaritudinis fingebat, vt ſibi filium lucrifaceret, non perderet; nulla ergo ſpecies, nec calor proditionis ab hoc exemplo colligi poteſt.

Probat *6.ſ.16.*num. 39. Si velis, inquit, me conuincere de alligatione proditionis ad amicitiam, neceſſe eſt, vt probes alterutrum ex his, vel ſcilicet primo amicitiam ingredi formalem conceptum proditionis, & hoc nunquam feceris, quia proditio dicit de formali terminationem aggreſſionis ad incautum, & impotentem ad ſe defendendum hic, & nunc, atq; impotentia nullo modo includit amicitiam, vel ſecundo probare, incautelam, vel impotentiam ſe tuendi non poſſe procedere ab vlla alia cauſa, quam ab amicitia, vel vera ab initio, vel ſemper ficta proditoris, & neq; hoc egeris, cum æque poſſit aliquis eſſe incautus, & impotens ad ſui tutelam, ſi inuadatur per inſidias negatiuas indiffidatas, ac ſi inuadatur affidatus per ſigna amicitię veræ, vel fictę. Congerit multa alia, quę reuera in prędictis includuntur.

Contra eſt, negando in primis priorem partem, quã probat per id, quod eſt in quęſtione, & ego manifeſte in pręcedentibus probaui ſimulationem amicitię ingredi, immo eſſe formalem rationem pro-

ditorij,

ditorij, & non eam impotentiam, cùm malitia interni homicidij ſit communicabilis actui externo homicidij, non vero ei impotentiæ, quæ non eſt capax malitiæ proditorij, neq; enim occiſus eſt proditor, ſed occidens. Quo ad ſecundum dico, non eſſe opus probare incautelam, & impotentiam procedere ſolùm ab amicitia, quia notum eſt, eam reperiri in omni homicidio, & tamen non omne homicidium eſt proditorium; incautus enim, & impotens dicitur etiam ille, qui caſu occiditur, etiam culpabiliter, & tamen occidens non eſt proditor, ergo conſtitutiuum proditorij alligandum eſt ſimulatæ amicitiæ.

51 Probat 7.X.§.10.initio, inimicitiam non eſſe incompoſſibilem cum proditorio, ſed bene cum illo coniungi; ſupponit autem dari duplex odium, ſcilicet abominationis, malum ſcilicet alicui perſonę, quam diligimus; & odium inimicitiæ, quo alicui malum volumus, & de hoc ſecundo hic ſermo eſt, quod limitat ad rancorem, quod eſt deſiderium retribuendi malum pro malo; ſeu diſplicentia contra aliquem, cui deſideratur, vel quæritur malum. Hic autem rancor, & odium inimicitiæ debet eſſe notum perſonæ odio habitæ. Deinde num. 16. probat ex inimicitia procedere poſſe proditorium commiſſum per inſidias contra perſonam notam habentem inimicitiam occidentis. Pro-

Probat ergo ſic, quia tota ratio formalis proditorij conſiſtit in hoc, vt ego te occidam impotentem hic, & nunc ad præcauendum, & te defendendum; iam vero ſi inimicitia mei occiſoris contra te occiſum per inſidias eſt incompoſſibilis cum proditorio, maxime, quia eadem inimicitia cognita à te efficit neceſſario, vt tu occidaris non impotens, ſed omnino potens ad præcauendum te, ſed eadẽ mea inimicitia non efficit hoc, ſed relinquit ſibi omnino impotentiam præcautionis, ac ſi ipſa inimicitia non eſſet, ergo eadem inimicitia non eſt incompoſſibilis cum proditorio.

Maior patet, nam inimicitia non poteſt eſſe incompoſſibilis cum proditorio in perſonam rationis compotem, niſi quatenus inducendo potentiam præcauendi deſtruit impotentiam ad præcauendum, in qua impotentia radicatur formalitas proditorij.

Minor probatur aſſignatione trium caſuum, in quibus inimicitia relinquit aggreſſum adhuc impotentem ad ſe tuendum.

Primus caſus eſt de carcerato, qui nullatenus exire poteſt de carcere occiſo per feneſtram carceris ab inimico, qui illum coniecerat in carcerem; eſt enim hoc homicidium proditorium, quia inimicitia non efficit illum potentem ad ſe præcauendum, ſed relinquit

Digitized by Google

linquit illum abſolute, & phyſice impotentem.

Secundus caſus eſt de illo, qui in domo ſua omnibus modis exquiſitis curat ſe ſeruare impotentem ab inimico, qui verſa vice excogitat quoslibet modos ad occidendum, & tandem occidit eum, qui ſe credebat ſecurum nihil timendo, & tamen occiditur proditorie ad eam moralem impotentiam, ergo inimicitia ſtat cum proditione.

Tertius caſus eſt, ſi inimicus occidat eum, qui hic, & nunc non aduertit ad periculum, nihil cogitando de inimicitia; ſtante hac actuali incogitatione, non poteſt ſe præcauere, vnde homicidium erit proditorium, & tamen ſupponitur inimicitia, quæ tantum habitualiter cognita eſt, ergo inimicitia ſtat cum proditorio.

Contra eſt, quia prædicta vnum ſupponunt falſum, nimirum impotentiam conſtituere proditorium in quocunq; reperiatur aggreſſo ab amico, ſiue inimico, & ſicut ſuppoſitum eſt falſum, ita, & quæ ab eo ſequuntur. Et quod id omnino ſit falſum, præterquamquod hactenus probatum eſt, vlterius comprobatur, quia ex hoc eius fundamento ſequitur omne homicidium eſſe proditorium, quia in omni reperiri poteſt ea impotentia ad ſe defendendum, dum quilibet ex improuiſo inuadi poteſt, excepto caſu diffidationis, ex qua improui-

ſione

ſione omnino manifeſtum eſt inuaſum eſſe imparatum, ac proinde impotentem, ergo omne homicidium erit proditorium, & ſic non ſolum quod procedit ex amicitia ſimulata, quod verum eſt, ſed etiam ex inimicitia, quod maior pars Doctorum negat apud ipſum Graſſet. ſ. 10. num. 9. paucos pro ſe citantem; & vlterius ex caſu fortuito, vt dixi ſupra num. 15. immo, & in rixa, in qua reperiri poteſt impotentia, vt probabo infra.

52 Si ergo inimicitia coniungatur cum proditorio ex ea impotentia, ſequitur omne homicidium eſſe proditorium, quod omnino falſum eſt, ergo & proditorium poſſe ſtare cum inimicitia, ſiquidem eadem ſpecies conſtitueretur ex duobus contrarijs, amicitia ſcilicet, & inimicitia, ac proinde impotentia eſſet ex duobus contrarijs in conſtitutione proditorij, quod dicere abſurdum eſt, & implicat, quia conſtitueretur in eſſe ſpecifico, & non conſtitueretur, cum ad poſitionem vnius contrarij deſtruatur alterum, patet ergo impoſſibilitas inimicitiæ cum proditorio.

53 Adde, quod inimicitia ex eo, quod nota eſt, tantum efficit, & admonèt, vt ſe caueat, non vero efficaciter operatur, vt ſe liberet à morte, nec conſtituit eum impotentem, nec potentem ad ſe defendendnm, ſed ſolum operatur, quod habent occaſionem

caſionem dubitandi de morte, ſi ergo occiditur aggreſſus ab inimico ſibi noto, ex hoc non dicitur fuiſſe impotens ad ſe defendendum, ſed ex eo, quod aggreſſor erat valentior, & potentior, cui aggreſſus non potuit reſiſtere, ex hoc ergo proceſſit impotentia, non ex inimicitia, quæ tantum monet, non tribuit potentiam, nec vires, cum hæc ſint à natura, & inimicitia eſt cauſa hoſtilitatis. Idem dicendum eſt de amicitia, quæ vires non dat, nec tollit, ſed ſecundum ſuam ſimulationem operatur contrarium eius, quod efficit inimicitia, ſicut enim hæc monet, vt ſe caueat ab hoſte ſibi noto, ita illa docet, vt confidat amico, vnde ſi poſtea læditur, & occiditur homicidium non dicitur proditorium ab impotentia, ſed à ſimulatione amicitiæ, quæ illum aſſecurauerat. Hæc ergo duo contraria, amicitia, & inimicitia ſicut non tribuunt potentiam, & vires ad ſe deffendendum, cum eam à natura habeant, ita nec ponunt impotentiam, dum non tollunt vires. Et ex his patet reſponſum ad illos tres caſus.

Ad primum reſpondetur, homicidium carcerati ab inimico interfecti nullo modo eſſe proditorium, dum inimicitia componi non poteſt cum amicitia ad conſtituendum proditorium, cum eadem ſpecies ex contrarijs differentijs non componatur.

Et

Et illa impotentia non prouenit ab inimicitia, ſed ab illa recluſione, per quam factus eſt impotens ad ſe defendendum.

Ad ſecundum dico, illud quoq; homicidium carere proditione, quia dum ſe præparauit ad defenſionem non dicebatur impotens habita ea præcautione, quod ſi poſtea occiſus fuit non obſtantibus tot diligentijs, id euenit non ex impotentia, ſed ex caſu fortuito, exiſtente inimico fortiore, quem non potuit ſuperare, ſed tantum præuidere periculum inſuperabile. Nec veriſimile eſt, quod ſe crederet ſecurum nihil timendo, iſta enim credulitas, & ſecuritas concipitur ſolum ab inſipientibus non timentibus ſibi mortem ab inimicis, qui continuo inſidias machinantur, inimicus enim ſemper præſumitur male cogitare de ſuo inimico, *l. Si inimicitia 9. ff. de ijs, quibus vt indign. Farinac. q. 49. num.* 88.

54 Idem Graſſ. ibidem ſub num 37. refert opinionem Ciarlin. *cap. 6. n. 109. Dal Bene par. 2. de Immun. cap.* 8. *dub.* 20. *Sect.* 2. *num.* 6. *& Sect.* 5. *num.* 1. *Caſtropal. p. 9. num.* 28. *cum alijs*, Dicentium, occiſum ab inimico ſibi noto habuiſſe dubitationem, ac debuiſſe cogitare de inſidijs, & non cogitando, nec ſibi cauendo, ſibi imputare. Et impugnat num. 38. Reſpondendo, id ſibi fuiſſe impoſſibile in vtroq; caſu,

in

Digitized by Google

in primo quidem abſolute, & phyſice; in ſecundo humanitus, & moraliter, ac proinde nullam imputationem, nec culpam fuiſſe in occiſo, culpa enim ſupponit poſſibilitatem rei, cuius omiſſio eſt imputabilis, & culpabilis; quo fit, vt in eiuſdem duobus caſibus inimicitia non fecerit imputabilem, & culpabilem omiſſionem præcautionis impoſſibilis, neq; proinde deſtruxerit rationem proditorij in homicidio per inſidias.

Contra, quia doctrina præfatorum Doctorum ſubſiſtit, nam aggreſſus, cui nota eſt inimicitia habet fundamentum ſemper ſe præcauendi, atq: adeo ſibi imputet non theologice, ſed iuridice, ſi incaute occidatur. Dico non *Theologice*, ſed iuridice, quia Graſſet. videtur loqui de culpa Theologica, dum
55 mentionem facit de imputatione non ſimplici, ſed culpabili, de qua certe non loquuntur Doctores, quos impugnat, ſed tantum de iuridica, quæ poteſt ſtare cum impoſſibilitate, & incogitatione, quæ non imputantur ad culpam, cum caſus fortuiti in modo aggreſſionis non poſſint præuideri etiam à viris prudentiſſimis *Cap. fin. de homicid.* Quare quando periculum ſuperari non poteſt per quamlibet diligentiam quamtumuis exquiſitisſimam, hoc parum refert ad proditorium, cum impotentia, & impræcutio reperiri poſſit in omni homicidio,

Digitized by Google

dio, quis enim ex altercantibus ſcit, & præcognoſcit, vnum velle occidere alterum? Adde illa verba *ſibi imputet* aliud non importare, quam damnum caſu poſſum, cum non profuit culpa Theologica, tunc enim ſignificat damnum paſſum ex culpa, ſi præceſſit negligentia; in illis autem caſibus duobus nulla præfuit negligentia, ergo nec vlla culpa, ſed merum infortunium, cui homicidium imputandum eſt, ſibi ergo imputet, quia homicidium eſt malum occiſo, & non alij, qui vitam non perdidit. De duplici culpa iuridica, & Theologica lege. *Caſtropal. par. 7. tract. 32. diſp. 3. de Lugo diſp. 8. de iuſtit. num. 26.*

Ad tertium eodem modo reſpondetur, cum nitatur eodem falſo fundamento impotentiæ prouenientis ex inaduertentia, neq; enim poſſibile eſt, quod quis continuo poſſit habere in mente periculum imminens, nec ad illud aduertere, cum mẽs hominis ad diuerſa naturaliter ſit diſtrahibilis. Cum ergo cogiratio, & aduertentia continuo homini ſint impoſſibilia, non eſt recurrendum ad hæc pro conſtituendo proditorio ex parte homicidij ab inimico, non impoſſibilia, ſed poſſibilia conſtituunt moralia, ex his componuntur.

56 Adde, quod incogitantia, & inaduertentia ſunt defectus intellectus non memorantis, & non volunta-

luntatis, à qua ſolum procedit directe, & formaliter ratio malitiæ cuiuslibet, ac proinde etiam proditorij, & non ab intellectu, qui non dicitur peccare, quia eſt agens neceſſarius in ſuis operationibus, ſed ſolum à voluntate omne peccatum naſci-
57 tur cap. Illæ 14. 32. q. 5. nullum enim peccatum, niſi voluntarium S. Auguſ. lib. 2. de Baptiſmo paruul. cap. 3. ibi. *Si nolumus, non peccamus.* Ergo occiſus, ſiue aduerterit, ſiue non, parum facit ad proditorium, quod ſpecificatur in genere mali à voluntate, & non ab intellectu. Vlterius, nec in rixa partes hic, & nunc dum rixantur cogitant ad periculum mortis, ac proinde ex hac inaduertentia cauſante impotentiam in ſententia Aduerſarij dicendum eſſet proditorium ſecuturum ex ea homicidium, quod omnes negant, & ipſe §. 2. num. 7.

Probat 8. ex §. 10. num. 36. nam paria ſunt non eſſe, & eſſe, ſed non apparere. Vnde non eſſe in re inimicitiam occiſoris, & eſſe in re, ſed non apparere eandem in actuali cogitatione occiſi per inſidias, æquiparantur, & conſequenter cum in æquiparatis debeat idem eſſe iudicium, ſicut iudicatur occidere proditorie, qui alterum per inſidias occidit non exiſtens illi inimicus in re; ita etiam debet occidere proditorie, qui alterum per inſidias occidit exiſtens quidem illi inimicus in re, ſed non appa-

Digitized by Google

rens talis in actuali cogitatione occiſi, qui ſtante hac inapparentia non poteſt ſe præcauere.

58 Contra eſt, nam illud Axioma: *Paria ſunt non apparere, & non eſſe* ſic expreſſum in l. In lege 77. ff. de contrah. empt. verum eſt; ſed non facit ad propoſitum in hac materia, quia inimicitia vere apparet, ac proinde eſt, quia nota erat occiſo, licet ante actum aggreſſionis tunc de ea nihil cogitaret, hæc enim incogitantia non tollit, ſicut nec poſuit illam inimicitiam, quæ vera eſt, ſed ſolam negat aduertentiam ad aggreſſionem non præuiſam, quam ſequi poſſe alias animaduerterat, monente illum inimicitia ſibi nota. Apparuit ergo in actu aggreſſionis, exiſtentia ipſius inimicitiæ, & non fuit tantum apparens, ergo illud axioma non facit ad rem, cum ſemper ea inimicitia fuerit nota, vera, & non apparens occiſo.

Præterea illud axioma ſupponit ignorantiam rei, dũ non apparet oculis ignorantis, ſiue exiſtat à parte rei, ſiue non exiſtat, res enim quamuis exiſtat, non poteſt venire in contractum, niſi appareat, & de ea habeatur actualis cognitio, ſicut contractus cognoſcitur, dum fit, vt dicitur in præcitato textu, & eius Gloſa. Res ergo reuera exiſtens, licet non appareat, non ideo caret ſua exiſtentia, ſed tantum aduertentia, & conſideratione, ſeu recordatione

ad

ad eam terminante. Quare ea incogitatio non tollit exiſtentiam inimicitiæ; ac proinde illud axioma; *Non eſſe, & non apparere paria non ſunt*, quando aſſignatur diuerſitas rerum, vt in caſu præſenti; aliud enim eſt, rem apparere, vel non apparere, aliud illam cogitare, vel non cogitare, multa enim apparent, quæ non cogitantur, & multa penſantur, quæ non apparent; aliud quoq; eſt, rem eſſe, & non apparere, ſeu non cogitari, ex inapparentia ergo non infertur ad non eſſe.

Deinde, axioma non recte prolatum fuit, dum dixit: Paria ſunt non eſſe, & eſſe in re, ſed non apparere, dum omittere debuiſſet. *Et eſſe in re*, cum ab omnibus proferatur hoc modo: *Paria ſunt non apparere, & non eſſe*, quæ enim non apparent, iudicantur non eſſe, non vero abſolute negatur eorum eſſe, ſed ſolum ſecundum quid, & quo ad functionem, quia ſcilicet non veniunt in contractum, niſi de illis fiat mentio, ac proinde in hoc ſenſu dicuntur non eſſe, non apparere in contractu; vnde res illa ſolum venditur, quæ eſt, & apparet oculis, & menti contrahentium, & non illa, quæ non apparuit, ac ſi non eſſet, quo ad contractum, licet reperiatur in rerum natura eſſe, ita Iuſperiti ſuper dictam legem. Quare iuxta intelligentiam huius axiomatis, non debebat illi adiungere, illud verbum *in re*, hoc eſt, rea-

liter, quia eſſe *in re* ſimpliciter, & abſolute excludit *non eſſe*.

Inimicitia ergo ſupponitur eſſe in re, & etiam apparere, dum nota eſt occiſuro, & ſic axioma non facit ad rem; quod ſi deinde occiſus non aduertit actum aggreſſionis, id non ponit proditorium, quia inaduertentia, & incogitatio non ſunt defectus voluntatis, quæ malitiam proditoriam tribuant homicidio, ſed ipſius intellectus actus ſunt non valentis malignari.

Probat 9. ſ. 10. num. 94. & 95. quia ad proditionem euitandam, requiritur diffidatio ab inimico, aliter occidens non monitum, & non aduertentem non eſt proditor, quia labes proditionis fundatur in præſenti impotentia aggreſſi ad ſe defendendũ ex præſenti inaduertentia, excitatur vero per diffidationem, & actuatur potentia ad ſe tuendum.

59 Contra eſt, quia aduertentia, & inaduertentia ſunt actus intellectus immanentes, qui non poſſunt tribuere rationem proditorij, cum peccatum procedat à voluntate, non ab intellectu, vt dictum fuit ſupra ſub num. 57. Deinde cum illi actus ſint immanentes in intellectu actum externum homicidij notificare non poſſunt fuiſſe proditorium, negationes enim non apparent ad ſenſum, quis enim teſtari poteſt illum occiſum non aduertiſſe?

Præ-

Digitized by Google

Præterea, quicunq; inimicus volens occidere, ex improuiſo aggreditur ſuum inimicum, vt illum ſecurius occidat, quod contingere etiam poteſt in rixa, & nemo volens percutere alium, dicit, niſi imprudenter: *Caue, ne te percutiam*, quia admonendo exponit ſe euidenti periculo, in quod intendit alium inducere, & ſic poteſt cadere in foueam, in quam alterum intrudere volebat.

60 Inſuper peccatum proditionis eſt peccatum cōmiſſionis, opponitur enim præcepto negatiuo, *Non occidens*, ergo eius ratio formalis explicanda eſt per actum poſitiuum ſicut explicantur alia commiſſionis peccata, vt furtum per ablationem alieni, ſacrilegium per læſionem rei ſacræ, detractio

61 per læſionem famæ proximi, &c. Pari modo proditorium explicandum per actus poſitiuos, & non per negatiuos impotentiæ, inaduertentiæ, incogitationis, &c. ſed per actus ſimulantes amicitiam.

Et ex his patet ad argumentum, non ſolum diffidationem, ſed etiam eius omiſſionem excludere proditorium ab inimico occiſore, quia quo ad hoc poſterius ſufficit cauſa, & cognitio inimicitiæ præcedens pro aliqua differentia temporis, cui non eſt alligata aggreſſio, ſed ſufficit, quod cognitio inimicitiæ aliquando præceſſerit aggreſſionem, & homicidium.

Digitized by Google

62 Quæres 5. An ſtatus neutralis amicitiæ, & inimicitiæ ſit cauſa, conſtitutiua homicidij proditorij? Dari hunc ſtatum neutralis, quod quis non ſit amicus proximo, quia cum eo nunquam conuerſatus eſt ſalutatione, allocutione, &c. nec inimicus, dum illi nullum demonſtrauit actum rancoris, odij, & inimicitiæ, nec immediate illi inſultando, vel mediate abloquendo coram alijs, &c. Amicitia quoq; ſicut inimicitia contrahi poteſt mediate, & per abſentiam maledicendo de proximo coram alijs, vel ſcribendo conuitia iniuriarum, ſicut per ſcripta laudando proximum, poſtulando beneficium, &c. Poteſt ergo quis eſſe in ſtatu medio per abnegationem ſine amicitia, & inimicitia ex prædictis ſignis externis, quibus vt amico bonis conſeruatur amicitia, vt vero malis deſtruitur, & ponitur inimicitia, igitur datur ſtatus medius inter amicitiam, & inimicitiam, vtraq; ſumpta ſecundum actus poſitiuos externos. Et hoc docet Scotus *in 1. diſt. 17. q. 5. §. De ſecunda, Verſ. Ad ſecundum, num. 29. apud Vadingum tom. 5. par. 2.* His verbis. *Inter amicum, & inimicum eſt dare medium, ſcilicet, nec amicum, nec inimicum poſitiue, negatiue non, quia ſi non habet peccatum, nec etiam gratiam, quod Deus facere poteſt, nec eſt inimicus, nec amicus poſitiue.* Is autem ſtatus neu-
63 tralis datur etiam reſpectu gratiæ, & peccati in

primo

primo parente,qui ſecundum Scotum,& alios cum Magiſtro in 2.diſt. 29. apud Paſqual. de gratia, & iuſt.diſp. 11.q.1. creatus fuit ſine vtroq;habuit tamen gratiam cum ſocia,ante peccatum.Sed tutius eſt dicere,quod quamuis, Deus id facere poſſit,tamen reuera ſimul cum infuſione animæ contulit gratiam,vt dicitur Eccleſ.7. 30. *Fecit Deus hominem rectum.*i.rectitudine gratiæ,quam illi infudit creatione illius. Sed hæc alias, quia non pertinent ad præſens inſtitutum.

64 ℞. Neutralitas non eſt cauſa productiua proditorij, quia qualibet ſpecies contenta eſt vnica, & propria differentia ſui conſtitutiua: ſed ex probatis hactenus ſola amicitiæ ſimulatio cõſtituit proditorium, ergo aliunde non eſt accipienda, ergo neq; ab hac neutralitate, cum hæc conſiſtat in negatione actuum vtriuſq;amicitiæ ſcilicet,& inimicitiæ, per quam negationem cum ſit impoſſibile probare proditorium, ad nihil deſeruiret pro illius probatione, dum ignorantur actus poſitiui in ſuis negationibus, dum de non eſſe non tranſeunt ad eſſe, vt poſſint probari per ſenſum, per quem omnes fiunt probationes. Confirmatur, quia nec extremas ſpecificant proditorium,non inimicitia, vt probatum fuit, nec amicitia ſine ſimulatione, ergo neq;neutralitas.

Graſſet. ſ. 17. num. 3. dicit, quod proditorium de fa-ćto poteſt conſiſtere cum diſpoſitione neutra, vt nimirum, nec amicus, nec inimicus occidat inſidioſe, nec amicum, nec inimicum. Sed ibi non video huius probationem, ideo homicidium factum ab occiſore neutro proditorium non eſt, quia per qualitatem mere negatiuam ſicut non poteſt explicari, ita neq; ſpecificari, & taliter probari.

Videtur tamen ſ. 16. num. 49. probare neſcio quid huius neutralitatis ex parte amicitiæ, etiam in ſententia Bartoli, ex his eius verbis: *Non ſolum tibi cum eſſem amicus, verum etiam, & ſaltem inter te, & me nullus erat rancor percuſſi te de retro.* Ex quibus verbis aperte colligitur homicidium proditorium non ſolum colligi ex amicitia externa, & poſitiua, ſed etiam ex non amicitia, & etiam ex non inimicitia. *Confirmat*, quia non rancor non infert amicitiam, nam non rancor negat quidem rancorem, non ideo ponit amorem, vel amoris colorem; cum dicere: *Non odio te*, non ſignificat: *Amo te, aut fingo amare.* Nam dićti termini non ſunt relatiui, qui ſe generant, & corrumpunt, nec contrarij priuatiue, quorum vnus tollit alterum, ſed ſe inuicem non ponunt, quia poteſt eſſe priuatio ſine ſurgente habitu, ſed ſunt termini ſeparati, qui nec ſe generant, nec corrumpunt, & quorum vnus non ſequi-

tur

tur alterum, neq: poſitiue, neq: priuatiue. Sunt ergo termini inter ſe diſtincti, vt ipſe Bartol. inſinuat in dictis ſuis verbis, quia non eſſe rancorem eſt quid minus, quam eſſe amicum, vt indicat particula illa *Saltem*, quæ importat diminutionem. Nec Bartol. vtitur aliqua taxatiua proditionis ad colorem amicitiæ. Concludit ergo Graſſet. In ſententia Bartoli proditionem non alligari ſimulatæ amicitiæ, ſed vlterius extendi etiam ad non amicitiam.

65 Contra eſt in primis, quia verba Bartoli fideliter non refert, ſcribit enim Graſſet. ſ. 6. num. 49. Sic: *Et ideo. Si veniens tamquam ſocius itineris, nulla interueniente rixa te percutio, non poſſum dici contra te feciſſe inſultum, ſed dicor hoc feciſſe proditorie, quia aliud gerebam in animo, quam illud, quod gerebam in actu: Vel ſedens tecum in menſa hoc faciebam.* Subiungit hic propria verba hæc: ſed etiam expreſſe agnoſcit proditionem his verbis Bartol. *Non ſolum ſi cum tibi eſſem amicus.* Verum etiam inquit Graſſet. *Et ſaltem inter te, & me nullus erat rancor, percuſſi te de retro.* Per quæ vltima verba inquit Graſſet. expreſſe ſignificat, eum proditorie agere, qui aliquem de retro inſidioſe percuſſit, cum quo non intercedebat rancor. Hæc Graſſet. Reſcribo verba Bartoli ex Codice Veneto 1596. tom. 6. fol. 186.

Et ideo ſi veniens tecum tamquam ſocius itineris, nulla interueniente

uenlente rixa, te percutio, non poſſum dici contra te feciſſe inſultum, ſed dicor hoc feciſſe proditorie, quia aliud gerebam in animo, quam illud, quod gerebam in actu. Vel ſi ſedens tecum in menſa hoc faciebam; vel ſi cum tibi eſſem amicus, & ſaltem inter te, & me nullus erat rancor, percuſſi te de retro. Secus ſi eſſes mihi inimicus, ita quod eſſet rancor inter te, & me, & tunc te proditorie non percutio, quia illud, quod facio in actibus oſtendebã, ſcilicet me tibi deferre velle.

Reſcripſi ad verbum vtriuſq; ſententiam, vt ex comparatiua lectione vtriuſq; appareat, Verba Bartoli fideliter non fuiſſe reſcripta; nam Graſſet. in illis verbis Bartol. *Vel ſi ſedens tecum in menſa.* Omiſit *Si* conditionalem, quæ multum operatur in conſtitutione proditorij, ſi enim non ſediſſet, amicitia ſimulata non appareret, nec proinde probari poſſet. Subdit. *Vel ſi cum tibi eſſem amicus, & ſaltem inter te, & me nullus erat rancor.* Graſſ. vero ſic reſcribit. *Non ſolum ſi cum tibi eßem amicus, & ſaltem inter te, & me nullus erat rancor.* Vt vides adiunxit ea duo verba *Non ſolum*, & reliquit *Vel* diſiunctiuum, intendens per ea diſtinguere amicitiam poſitiuam à negatiua, quod tamen non eſt ad mentem Bartoli, qui hunc ſecundum caſum per diſiunctiuam *Vel* diuerſum à priori, ponit pariter in amicitia poſitiua, quæ per rancorem non fuit immutata, debilitata, nec deſtructa, quia nullus erat rancor, nam ſi interfuiſſet,

terfuiſſet, amicitia tranſiſſet in odium, & inimicitiam, ac proinde non eſſet proditorium defectu amicitiæ, & aliter Bartolus intelligi non poteſt.

66 Ad confirmationem dico, non rancorem negare quidem rancorem, ex hoc tamen non bene infertur, quod neget, & deſtruat amicitiam, nam cum rancor ſit diſplicentia, & indignatio contra aliquem, nõ poteſt contingere ſine odio, qualiſcunq; illud ſit, *Armilla, Tabiena, Angelus, & alij V. Rancor.* excludit amorem, & amicitiam, ergo non rancor eam non excludit, cum apponatur priuatiue tantum rancori, ſtat ergo cum amicitia poſitiua non rancor, quam tollit rancor, & ideo bene dixit Bart. committi proditorium vbi nullus erat rancor, quia aderat amicitia, quæ ſimulata producit proditorium. Quod præuidens Graſſet. tacuit, & omiſit ſubſequentia verba Bart. *Secus ſi eſſes mihi inimicus, ita quod eſſet rancor inter te, & me, & tunc te proditorie non percutio.* Ex quibus manifeſte patet amicitiam poſitiuam habere non rancorem, & excludere rancorem, quem includit inimicitia.

Patet ergo ex his in ſententia Bartoli, rancorem, & inimicitiam ſtare ſimul, non rancorem pariter cũ amicitia, ac proinde ſi varientur hæc contradictoria cum illis permutatione deſtrui amicitiam, & tranſire in inimicitiam, & ſic deſtructione amici-

tiæ

tiæ per poſitionem inimicitiæ, ſequens homicidium non eſſe proditorium, quod accidiſſet, ſi non rancor manſiſſet cum amicitia de mente Bartoli.

67 Vnde iſti termini *non odi te*, atq; *amo te* idem ſignificant, quia amare proximum eſt non habere illum odio. Idem important, *amo te*, quia rancorem contra te non habeo. Illa autem particula *Saltem* in verbis Bartoli. *Vel cum tibi eſſem amicus, & ſaltem inter te, & me nullus erat rancor*. Hoc importat, quod initam amicitiam ſaltem rancor, qui inter actus productiuos inimicitiæ eſt minor, vt importat *Saltem* diminutionem, non deſtruxit, vt ſecutum homicidium dici poſſit proditorium.

68 Nec vrget, quod Bartolus non fuerit vſus aliqua taxatiua reſtringente proditorium per amicitiam ſimulatam; quia quandocunq; alicui aſſignatur ratio formalis illius conſtitutiua non eſt neceſſe addere taxatiuam, quia differentia hoc habet ex ſua natura, vt includat taxatiuam dum eius officium eſt conſtituere, & dare eſſe ſpeciale rei conſtitutæ, & ſubſequenter eam diſtinguere à quolibet alio non habente talem differentiam. Igitur talis eſt natura differentiæ, vt competat tantum ei, quod conſtituit, & cum vnicuiq: ſpeciei propria, & vnica conueniat differentia, & non multiplex, inutile eſt, & hominis non periti legibus bonę deffinitionis

tionis addere taxatiuam, quam nullus hactenus expreſſit: quare cum amicitiam ſimulatam Bartolus pro differentia aſſignauit proditorium, non prudenter adiunxiſſet taxatiuam.

Idem Graſſet. §. 17. plura dicit præſertim num. 8. verſ. verificatur, probando, quod in proditore non requiritur amicitia, nec inimicitia, nam id patet in eo, qui ex auaritia, & cupiditate occidit eum, quem numquam vidit niſi ſemel habentem magnum peculium, ſi quidem hunc occidit ex neutro ſtatu, & ſolum vt ab eo auferat peculium, & tale homicidium eſt proditorium, cum incautum prodiderit, qua ratione adducit num. 12. Ciarlin. cap. 12. Dicentem, duos ſicarios fuiſſe iudicatos proditores, qui occiderunt per viam hominem ignotum ſibi, quos nec ipſe occiſus agnoſcebat, ac proinde nec amicum, nec inimicum, occiderunt tamen, vt rem gratam facerent inimicis occiſi. Adducit aliud exemplum ſub num. 22. in eo, qui ad inſtãtiam mulieris ex prauo concubitu occulto prægnantis procurat efficaciter eiectionem fætus animati, vt fæmina præſeruetur à dedecore; hic eſt reus homicidij proditorij, & tamen non eſt amicus, nec inimicus fætui animato. Immo poſſe eſſe proditorium cum tenerrimo amore ipſius prægnantis, quæ fætum diligit tamquam partem ſui, ſed ex affectu

vitandi

vitandi ignominiam prodit proprium fætum.

Reſpondeo, cum vnaquæq; ſpecies vnica ſit contenta differentia, quæ in proditorio eſt color amicitiæ, non poteſt ab ea præſcindere proditorium, ita quod ſi non præceſſit colorata amicitia, nec homicidium inter eos ſecutum dici poteſt proditorium. In caſu autem propoſito dicit Graſſet. ſe vidiſſe in hoſpicio, & fuiſſe ſocium in itinere, eſſe amicitia poſitiua, propterquam homicidium dicitur proditorium, & non ex alia cauſa formali, finis vero huius fuit cupiditas, & auaritia conſequendi illud peculium.

Ad Ciarlinium reſpondetur voluiſse fauere fiſco cōtra Pugolotinos. Et quod ita ſit probatur per eundem, qui *cap.* 10. *num.* 108. *&* 109. *&* 117. *Cap.* 116. *num.* 31. *&* *cap.* 151. *num.* 19. *&* 21. Homicidium non dici proditorium, niſi præceſserit ſimulatio amicitiæ. Sed infra iterum vbi de mandatario ad occidendum.

69 In caſu vero fætus, dico, homicidium eſſe proditorium, tam reſpectu prægnantis, quam dantis potionem, quia ambo habebant affectum amoris antecedenter erga fætum, ſed poſtmodum conſiderato ignominiæ periculo, cęperunt ſimulare amorem, dum illum conuertunt in odium quærentes medium perdendi fętum, ergo impoſſibile eſt, quod

quod prægnans amet ex corde fœtum, dum quærit illum perdere.

Quæres 6. An ad conſtituendum homicidium proditorium, ſit neceſſarium, vt ſimulatio amicitiæ coniungatur cum aggreſſione; ita vt rixa non mediet?

70 ℞. Affirmatiue, & colligitur expreſſe ex Bartoli his verbis: *Et ideo ſi veniens tecum tamquam ſocius itineris, nulla interueniente rixa te percutiam.* Confirmatur exemplo proditionis Iudæ, inter cuius amicitiam, & aggreſſionem nullum mediauit ſignum inimicitiæ latentis in corde illius, Matth. 26. 49. *Aue Rabbi, & oſculatus eſt eum. Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum.* Nam per ſalutationem, & oſculationem fictam amicitiam coniunxit cum aggreſſione. *Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum.* Ratio eſt, quia ſi intermediaret rixa, vel aliquo modo antecedenter diſcooperiretur occulta inimicitia, iam ceſſaret ſimulatio, & ſecutum homicidium non poſſet ab ea ſpecificari ob eius non exiſtentiam. Ita Benedictus *Broleus, Auguſtus Pacinellus, & Stephanus Benaſſaius in Conſil.* 168. *Farin. num.* 70. *fine*, dicentes ex ſenſu Senatus Mediol. quod ſimulatio amicitiæ requiratur in actu ipſo proditionis, & non ſufficiat. *Vermig. conſ. crim.* 9. 3. *num.* 9. *conſ.* 97. *num.* 5. *Garonus in tit. de Senat. lib.* 1. *tit.* 4. *art.* 13. *num.* 101.

Graſſet.

Graſſet. ſ. 15. num. 2. reſpondens ad dictam à nobis rationem ſibi obiectam à docto iureperito, quæ eſt hæc; ſi amicitæ ſigna non percutiunt tempus immediate præcedens homicidium, non probant proditionem, quia poſt eam potuit ſequi rixa. Adducit, inquit, efficax argumentum. Quia amicitiæ ſimulatio, & ſi non durat in ſe, quando fit homicidium proditorium, durat tamen in ſuo effectu .i. in affidatione perſonæ, quæ memor eius amicitię à ſe reputatę verę non ſibi pręcauet in actu ipſo proditionis. vnde cum per eam pręcedentem ſimulationem reddatur perſona incauta ad ſe defendendum, proinde ac per ſimulationem præſentem, non eſt neceſſe ad arguendum proditorium concurſus contemporaneus ſimulationis cum actu proditorio.

Contra eſt, quia eius reſponſio eſt omnino inefficax, quia nullo modo tollit difficultatem obiectam ab illo iure perito, nam nullo modo interrumpi debet ſimulatio amicitię, ſed durare debet vſq; ad aggreſſionem non ſolum in affidatione, & in ſuo effectu, ſed etiam in ſe ipſa non interrumpenda per rixam, poſita enim rixa, ſimulatio nec in ſe, nec in effectu perſeuerat.

Quęres 7. An amicitia debeat eſse mutua, & nota aggreſsori, & aggreſso? Item, An inimicitia debeat

eſse

eſſe mutua, & nota vtriq; parti in ſententia eorum, qui proditorium admittunt inter inimicos?

71 ℞. Non eſt neceſſaria mutua amicitia conuerſationis inter aggreſſorem, & aggreſſum; neq; inimicitia inter eoſdem, ſufficit ſi ſit actiua aggreſſoris, contra aggreſſum ſiue inimicum, ſiue non, parum vero refert eius notitia aggreſſo in ordine ad læſionis ſpeciem.

Prima pars de amicitia probatur. Tum quia per ſolam amicitiam coloratam ex parte aggreſſoris ſpecificatur proditorium, ipſe enim ſolus dicitur proditor, vnde parum refert ſcire, an aggreſſus fuerit amicus, nec ne, inuaſori, vnde non id, ſed illud probandum eſt. tum quia occiſio fœtus animati, & infantis, qui adhuc capaces non ſunt amicitiæ poſitiuæ, eſt proditoria, vt probabo ſuo loco, ergo ex parte occiſi non fuit neceſſaria amicitia ad conſtituendum proditorium. amicitia autem regulariter inter adultos mutua eſt, & vtriq; nota, quia conſiſtit in actibus externis conuerſationis conſalutationis, collocutionis, &c.

Secunda pars de inimicitia probatur, quia inimicitia, per quam excluditur proditorium, tantum ſpectatur ex parte aggreſſoris, qui ſi fuit inimicus, non proditor vocatur, quia ex contrarijs differentijs, eadem ſpecies non conſtituitur, ſed alio nomine

appellatur iuxta alias conditiones concurrentes ad homicidium. Tum quia etiam in ſententia aduerſariorum, qui conſtituunt proditorium in impotentia ad ſe defendendum, non eſt neceſſaria mutua inimicitia, ſed ſufficit, quod aggreſſus notitiam habeat inimicitiæ aggreſſoris contra ſe, vt qualitas impotentiæ iudicari poſſit. *Graſſet. ſ. 10. num. 5. & ſe*, quamquam alioquin nec in eorum ſententia, hæc notitia eſt neceſſaria, dum conſtituunt proditorium in ea impotentia, etiam ſi inimicitia ſit nota occiſo, qui non potuit ſe defendere ex improuiſo occiſus.

Quæres 8. An rancor excludens proditorium debeat eſſe grauis? An ſufficiat leuis?

72 ℞. Sufficit quicunq; rancor, qui poſſit perturbare mentem proximi ad credendum, amicum rodentem, ſibi indignantem eſſe fictum, & non verum amicum, qui talis cognoſcitur, dum non amplius ſe cum illo gerit ſicut antea faciebat, rancor enim dicitur, quia rodit, & radit cor; non requiri vero capitalem rancorem, certum eſt, quia rancor eſt inimicitia, quæ facili negatio contrahitur etiam ex ſola non ſalutatione, vt fiebat ante, vt dixi ſupra ſub q. 3. num. 19. & id eſt conforme Bartolo ibi! *Vel cũ tibi eſſem amicus, & ſaltē inter te, & me nō erat rācor*; Rācor ergo qualiſcũq; ſufficit ad tollēdũ proditoriũ, ſine diſtinctione leuis, aut grauis. Graſ-

Graſſet.ſ.17.num.8.Verſ.Quod proditorium, requirit grauem rancorem, nam leuis rancor etiam in ſententia Doctorum, quos citauerat, à proditione non excuſaret, vt aduertit optime, inquit Tancredus *de Relig.tract.1.lib.4.diſp.8.num.26.fol.*140.Subdit exemplum in hac Doctrina in eo,contra quem nihil rancoris habeo mihi ignotum, ſed tamen occido, vt eius pecuniam viſam à me in communi hoſpitio, itaq; ait,ad proditoriũ ſub colore amicitæ non requiritur, quod in proditore ſit inimicitia contra proditum,quamuis vt plurimum præcedat.

Contra eſt, quia dicit, ad proditorium requiri grauem rancorem, ſed hoc non probat, directe,dum principalis eius mens eſt probare amicitiam, & inimicitiam præſcindere à proditorio, vt probet ſuum intentum de impotentia illius conſtitutiua, ad hoc enim probandum fere vbiq;diſcurrit.quod autem illarum neutralitas non faciat ad proditorium conſtituendum, nec deſtruendum probaui ſub q.5.& ibidem ad allatum exemplum dixi,in eo præfuiſſe amicitiam, quia fuerunt ambo in communi hoſpitio.

Doctores autem ab eo citati non diſtinguunt inter grauem, & leuem rancorem, ſed illum ſimpliciter accipiunt, qui ſunt *Ambroſinus de immun.cap.ſe n.*3.*Peregr.cap.*7.*num.*2. *Guaz.defenſ.* 1.*cap.* 38.*num.*40.

Diana par.1.reſol.5.Dal Bene par.2.cap.16.dub.20.ſect.2.num.5.cum al jſ. Bene ergo iſti excuſant à proditorio eum, qui occidit, nullo præcedente in eo rancore, ſcilicet externo, quia puto impoſſibile aliquem occidere proximum ſine indignatione.

Quæres 9. An inimicus alias reconciliatione factus amicus ſit proditor, ſi amicum reconciliatum occidat?

Pro reſolutione quæſtionis nonnulla præmittenda ſunt de reconciliatione in ordine ad præſentem materiam, quę definiri poteſt, quod ſit factio pacis inter inimicos, & eorum reductio ad priſtinam, & antiquam amicitiam, quæ recuperatur verbis, vel ſignis indicantibus illam. Reconciliatio igitur deſtruit inimicitiam, remittit iniuriam, & finem diſcordiarum inducit.

Eſt autem reconciliatio duplex formalis, & explicita, quæ fit verbis expreſſis indicantibus pacem, & remiſſionem iniuriarum, confirmatam vel contactu manuum, vel oſculo communi inter partes, inter quas amicitia reuixit. Qui hanc reconciliationem, in qua pax formaliter conſiſtit, frangit, eſt reus pænarum per leges, ſeu ſtatuta inflictarum, ex ijs, quæ refert Farinac. conſil.98.

Multa

Multa autem ſigna, quæ indicant reconciliationem, referuntur *à Graßet. ſ.* 14. *à num.* 13. *quæ recenſentur à Garone Var. Reſol. cap.* 14. *à Bertaz. lib.* 2. *conſ.* 473. *à Sebaſt. Guaz. de Pace q.* 4.

Reconciliatio ergo fit vno ex ſequentibus ſignis, quæ ſunt ſalutare inimicum, comedere cum illo, habitare cum eo, ludere cum illo, loqui pacifice, ſcribere eidèm, vel nuntium amicabiliter mittere, ridere ad inuicem, combibere, amplexari, oſculari, manum tangere, &c. ex his ſignis infertur facta pax, & amicitia reſtituta, adeo quod poſtmodum occidens dicatur proditor, vt mox probabo.

Farinac. conſ. 98. num. 4. & 5. dicit, quod iniuria nunquam cenſetur remiſſa, niſi amicus remittendi colligatur ex verbis, ſeu ſignis ſpecialibus, non dubijs ſed veris, neceſſarijs, & concludentibus reconciliationem, & pacem, quam non inferunt verba, & ſigna generalia, dubia, & æquiuoca; & exemplificat in quodam filio à patre ducto, vt illum reconciliaret cum alio, qui filius ſalutauit his verbis *Bona ſera*, altero reſpondente *Bona ſera bonanno.* coram alijs, ambobus dicentibus, *che non haueuano che far inſieme.* Et nihil vlterius actum fuit. Farinac. bene probat ex dictis verbis non inferri reconciliationem, & pacem, quia ea verba non ex animo, & affectu beneuolentiæ prolata fuerunt, ſed ex vrba-

 nitate,

nitate,ne haberentur,vt inciuiles,& male morigerati, & poſtrema verba tantum abeſt, vt indicent reconciliationem, quod potius eam negant velle facere. Infert ergo Farinacius, quod verba,& ſigna procedentia ex decentia, & non ex ſpontanea voluntate, non inducunt pacem,quod verum puta cum hac reſtrictione, etiam in eius ſententia, cum ſcilicet id expreſſe colligitur ex alijs verbis, vel ſignis contrarium potius indicantibus ſiſtendo in caſu ab eo allato, ex quo manifeſte apparet,quod ille filius non habebat animum ſe reconciliandi cum ſuo inimico, ducebatur enim ex reuerentia paterna,non à ſpontanea voluntate.

Ex voluntate igitur ſpontanea, quæ præſumitur,cum homo libere operetur, niſi de oppoſito conſtet, colligitur vera reconciliatio per verba ſimplicis ſalutationis,cohabitationis,&c. ſalutatio enim ſicut primo inducit amicitiam poſitiuam, ex probatis ſupra ſub num. 17.ita, & eiuſdem recuperationem, & iniuriæ remiſſionem, Iacobus Nouellus *in tract. ad defenſionem §. An indicia num. 45. Sebaſt. Guaz. de Pace q.4.num.3. Sanfel. dec. 241. num. 4. Surd. conſ.* 40. *num.* 27. E contra ſi quis amicum non ſalutat, factus conſetur inimicus, Bertaz. *conſ.* 424.*num.*4. *lib.*2.*M. Mantua conſ.* 173.*num.* 6. *Maſcard. concl.* 899. *num.* 33.*&* 34. *Crottus de teſtib. par.*3.*num.* 115. Non

eſt

eſt tamen cenſenda grauis inimicitia, *Vermil. conſ.* 30.*num.*9.ex illis *Graſſet.* ſ.14. *num.* 30. Confirmatur, quia ex eiſdem fere verbis, & ſignis, quibus oritur amicitia, renaſcitur deſtructa, & recuperatur, ſed naſcitur per verba, & ſigna de quibus cit. num. 17. ergo & per eadem renaſcitur, dum eandem habent ſignificationem. Vide Graſſet. ſ.34.à num. 72. vbi reſpondet alia via ad Farinacium.

Collige ex dictis, patrem reconciliare ſibi filium, & maritum vxori adulteræ, dum eos domi denuo recipiunt, huiuſmodi enim receptio efficax ſignum eſt,ambos ſibi ſubiectis remiſiſſe iniuriam,eſto aliqua ratione talis receptio pendeat ab honeſtate, decet enim illos cohabitare ſuis, præſumenda tamen eſſe facta ex animo parcendi illis, dum illis exhibent ſigna amoris, & amicitiæ; nihil horum autem apparet in caſu Farinacij, ſed potius continuatio inimicitiæ, quod illa verba. *Non habbiamo, che far inſieme*, indicant.His præmiſſis.

73 ℞. Affirmatiue,ſi non ſuperueniat noua inimicitia', ex qua ſequatur homicidium, quod non erit proditorium defectu ſimulatæ amicitiæ.

Probatur, quia vbi ſimulatur amicitia, inde oritur proditio, ſed in reconciliatione externa amicitia apparens ſimulatur occultatione inimicitiæ, quæ ſolum exterius dicitur extincta,reconciliatio enim

ſicut ſatisdatio maleuolum propoſitum non mu-
74 tat, *Inſtit. de ſuſpect. tutor. §. fin. Gloſ. V. ſub cautela fine,*
cap. 5. 32. 9. 1. cum ergo per reconciliationem oc-
cultetur, & foueatur inimicitia, & odium, in quan-
tum illa non poteſt eam deſtruere efficaciter, in-
terius, & exterius ſimul, ſed tantum exterius, vt ſo-
let accidere, cum homo per reconciliationem ſua
libertate non deſtituatur, apparens amicitia per
reconciliationem vera non eſt, ſed ſimulatur ple-
runq; vt probat ſecutum homicidium, quod pro-
inde proditorium eſt, dum oritur ex ſimulatione
amicitiæ. Confirmatur, quia ille proprijſſime pro-
75 ditor eſt, qui venit contra fidem datam, *Silu. V.*
Proditio, Farinac. q. 18. num. 79. Sperell. deciſ. 23. num. 3.
76 Et talis proditor fuit Iudas, quia ſimul cum alijs
Apoſtolis dedit fidem defendendi Ieſum Matth.
25. 35. Et qui ſe reconciliauit occidens dicitur
perfidus, nam perfidia eſt ruptio, & fractio datæ fi-
57 dei; *Celſus Bragalius lib. 5. de dolo cap. 19. num. 3. &*
12. æquiparans perfidiam proditioni.

Eſt communiſſima opinio Farinac. *in Append. de Im-*
mun. num. 137. & conſ. 178. num. 75. Carlin. cap. 151.
num. 5. Giurbæ conſ. 50. num. 21. Caſtill. dec. 156. num.
44. Vermigl. conſ. 93. num. 10. Barb. lib. 2. Iuris eccl. cap. 3.
num. 92. Verſ. Hinc occidens, Dal Bene par. 2. de immun.
cap. 16. dub. 20. ſect. 3. num. 1. cum multis alijs Graſſet. §.

12. *num.* 4. qui num. 7. ait hanc notam proditorij fundari in definitione tradita per Silueſtrum V. Proditio, & alios dicentes, illum dici proditorem, qui venit contra fidem datam. Quam tamen definitionem intelligit *Primo*, veram eſſe inadæquate, cum detur etiam proditio aliqua ſine deceptione, vt probat ex §. 9. *Secundo* præſuppoſitiue, non autem formaliter, cum deceptio concurrat ad proditionem tamquam cauſa inſtrumentalis ad ponendum terminum ſeu formale obiectum proditionis, quæ partim patent ex dictis, & infradicendis.

Ad primum dico, eam obſeruationem non officere ei definitioni, cum reuera reſpectu huius modi proditorij ſit adæquatiſſima. Præterea in omni homicidio proditorio reperitur deceptio fondata in ſimulatione amicitiæ, ſimulare enim eſt decipe-
78 re, quia eſt fingere eſſe, quod non eſt, ſicut diſſi-
mulare ſupponit eſſe, quod diſſimulatur, ſecundum præcitatum Bargalium; Graſſet. autem cogitur negare deceptionem quandoq; in proditorio, vt defendat ſuam opinionem de impotentia proditorij conſtitutiua, ſepius in ſuperioribus impugnatam; qui enim communiſſimas opiniones relinquit, multis obruitur incommodis, vt in præſenti de homicidio proditorio, quod Bartolus, vt anteſignanus

alligauit

Digitized by Google

79 alligauit ſimulatæ amicitię, puto enim ipſum ſpeciali, quodam diuino ſpiritu edoctum fuiſſe in hoc, inuentores enim ſpecialiter illuminantur in doctrinis inueniendis, quibus facile eſt addere.

Ad ſecundum reſpondeo, ſimulationem amicitiæ non præſupponi, ſed eſſe formale conſtitutiuum proditionis, ex hactenus probatis cum redargutione impotentiæ.

80 Procedit reſponſio non ſolum in reconciliatione priuata, ſed etiam in publica ſiue ex inſtrumento, ſiue inter hoſtes contracta, quod eius fractio inducat proditorium, cum in dictis modis fractio fidei habeat locum, ergo & proditio, per quam data fides violatur inter eos, qui ſe fingebant amici. Res eſt clara, quia etiam hoſtibus data fides eſt ſeruanda, & iuſtitia, *S. Ambr. lib. 1. offic. cap. 28. relatus in Lect. 5. Dom. X. poſt Pentecoſten.* Quare primo frangens fidem proditor, & perfidus eſt, *S. Antonin. par. 2. tit. 2. cap. 1. §. 14. de Reſtit. Tuſchus lit. P. concl. 869. num. 16.*

81 quia deſtruitur reconciliatio ab eo tantum, qu eſt in cauſa, & non ab altero, qui patitur, vnde of fenſus ſe vindicans non dicitur proditor, cum pa cem non frangat iam ab alio deſtructam, in qu caſu ſubintrat illud commune dictum. *Frangenti fi dem, frangatur caput eidem* .i. non eſt illi ſeruanda *Gloſ. V. Deſeratur cap. Eſto 7. diſt. 95.* Melius Reg. 7

Fidem

82 Fidem quis fruſtra ſibi poſtulat ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat.

Contraria opinio, quod homicida reconciliatus non ſit proditor, docetur *à Riccio par. 1. dec. 168. num. 2. & par. 2. dec. 202. Ciarlin. cap. 151. num. 33. Diana par. 1. tract. 1. reſol. 35.* Nititur potiſſimum duobus argumentis. Primum accipitur ex Eccleſiaſtico 12. 10.

83 *Non credas inimico tuo in æternum, ſicut enim æramentum æruginat nequitia illius. Et ſi humiliatus vadat curuus, adijce animum tuum, & cuſtodi te ab illo, non ſtatuas illum apud te.*

Nihil contra nos probat, nam ibi ſermo eſt præciſe de inimico, non autem de reconciliato, de quo ne verbum, quidem textus dicit; illi credendum non eſt, & ſi fingat depoſuiſſe rancorem, odium, & inimicitiam.

Secundum argumentum eſt hoc, quia amicus reconciliatus æquipollet inimico, neq: enim reconciliatio mutat propoſitum ſicut nec ſatisfactio *§. fin. Inſt. de ſuſp. tutor.* dum ergo vlterius viget inimicitia pro nihilo habenda eſt reconciliatio.

84 Negatur amicum reconciliatum eſſe adhuc inimicum, nam per reconciliationem deſtruitur inimicitia, ea enim debet operari ſuum effectum inducendi ſcilicet pacem, quæ non ſtat cum inimicitia, cum ſit amicitia, reconciliatio ergo extinguit

ini-

Digitized by Google

inimicitiam, Vlpellus *Reſp.* 118. *num.* 19. *Anton. de Ballis lib.* 1. *Var.* 9. 21. *nu.* 15. *Vermigl. conſ.* 27. *num.* 13. *Giurba conſ.* 60. *num.* 17. Vnde poſita reconciliatione non poteſt amplius dici inimicus, *Ciarlin. cap.* 10. *num.* 110. Vide *Graſſet.* §. 13. *à num.* 12. multa alia congerentem. Ad illud, quod reconciliatio non mutat propoſitum, dico non mutare propoſitum, hoc eſt, non cogere reconciliatum ad permanendum in fide data, quia reconciliatio non tollit ab homine libertatem. Infra *q.* 68.

Quæres 10. An proditor ſit, qui dedit fidem tertio de non offendendo inimicum, ab illo nihilominus occiſum?

85 ℞. Affirmatiue, quia reconciliatio eundem parit effectum, ſiue fiat immediate inimico, ſiue illi per alium, cum ſemper ſit reconciliatio inimicorum inter ſe, cum ergo poſt eam ſecutum dicatur homicidium ex colore amicitiæ, homicida proditor erit, cum ſit deceptio contra fidem datam *Peregrin. de Immunit. cap.* 7. *num.* 10. *ex eo Graſſet.* §. 12. *num.* 25.

Quæres 11. An ex inſidijs oriatur proditorium? Oportet prius explicare, quid ſint inſidiæ, vt ex earum cognitione reſolui poſſit quæſtio.

86 Inſidiæ ſunt modi deceptorij latentes, & occulti ignoti proinde aggreſſo, qui ab illis non poteſt ſe cauere, & defendere. Inſidiæ ergo componuntur

ex

ex illis modis tamquam illarum materia, & ex occultatione illorum tamquam cauſa formali conſtitutiua inſidiarum. Multi autem ſunt modi, quibus inſidiatur proximo, referam aliquos.

87 Primo, quando inimicus latet in aliquo loco expectando inimicum tranſeuntem occidendum, vt poſt ſæpem. *Clarus §. Homicidium num. 7. Decian. lib. 6. cap. 28. num. 15.* Vnde inſidiæ dicuntur ab actu inſidendi, quia volens alium occidere quaſi ſedet in loco ſibi tuto, vbi non poteſt ita facile videri ab occidendo.

88 Secundo, qui è feneſtra explodit ſclopum. *Ambroſ. de Immun. cap. 6. num. 5. Dal Bene par. 2. de Immun. cap. 16. dub. 20. ſect. 2. num. 8. Farinac. conſ. 76. num. 7. Guazin. Defenſ. 1. cap. 38. num. 41.*

89 Tertio, vtitur inſidijs, qui à tergo occidit, ignorauit enim præſentiam ſui inimici ad hunc actum. *Farinac. 9. conſ. 168. num. 71. Menoch. de arbitr. caſu 361. num 28. Caballus de homicid. num. 392.*

90 Quarto, mutatio habitus, vſus laruarum, ſunt modi ad inſidiandum, dum perſona ſub his modis ſe occultat, vt ſecure occidere poſſit inimicum ignorantem imminens periculum. Farinac. *conſil. 168. num. 71. & q. 126. num. 15. Menoch. caſu 361. num. 28. Caballus num. 392.*

91 Quinto, porrectio veneni occultati in vino, pulmento,

mento,&c.eſt modus inſidiandi proximo,expreſſe *l.4.§.Occiſorum ff.ad Senat.Conſul. Syllan. Decian. lib.9. cap.22.num. 1. Dal Bene par.2.cap.16. dub. 20.Sect.2. num.8.Riccius par. 3. dec.262.num.5. cum alijs Graſſet. §.V.num.* 17.

Dubitatur,an in ſequentibus caſibus ſint inſidiæ? *Primo*, an homicidium infantis, furioſi,amentis,cæci, dormientis ſit inſidioſum? *Secundo*, an factum de nocte? *Tertio*,an factum de facie ad faciem nihil dicendo, vel placite alloquendo, aut dando literas, vel quid aliud, ſecuta immediate occiſione?

℞. Singulis in communi non eſſe inſidioſum, quia nihil occultatur occiſo antecedenter ad actum percuſſionis, ſicut fit in præallegatis quinque modis.

92 *Ad primum*, nihil occultat illis perſonis, cum ſint incapaces, vt aliquid illis occultetur, deficiente in eis vſu rationis, vel luminis, ratione cuius dicuntur habere habitudinem ad actum occultationis; vnde ſi aggreſſi haberent eam capacitatem, aggreſſor eodem modo non accederet ad illos occi-
93 dendum,ſed occultaret modum occidendi. *Ad ſecundum*, ſi aggreſſor non occultat modum non eſt inſidioſus,quia nox,quæ omnia occultat,non facit
94 inſidias,ſed ipſe aggreſſor. *Ad tertium*, nihil occultatur dum facie ad faciem occidit, rei enim datio, ſeu locutio non ſunt inſidiæ, dum ſunt manife-

ſtæ

ſtæ proximo, ſed indicant dependenter ab homicidio, illum in corde aliud habuiſſe diuerſum ab eo, quod habebat in ore, quod quidem importat deceptionem, non tamen inſidias, quæ actum externum occultant proximo.

Graſſet. §. V. num. 15. ait in tertio caſu contingere inſidias, *ex Gambacurta lib. 5. cap. 28. num.* 4. Sed id non probat, ideo non eſt opus refutatione, num. autem 16. in aggreſſione ebrij amentis, dormientis, &c. ponit inſidias, *cum Riccio, Caballo, Thoma Del Bene, Diana par. 6. tract. 1. reſol. 12. Baſſæo V. Immun. num.* 10. Sed non video efficax argumentum in his, cum iſtis nihil occultetur, nulla arte vtatur aggreſſor, quam adhiberet, ſi eſſet aggrediendus ſanæ mentis, vigilans, aut videns.

Idem Auctor ibidem num. 5. definit inſidias, quod ſint ordinatio, ſeu diſpoſitio aggreſſionis ſub talibus circunſtantijs, modis, & medijs, vt in ipſa aggreſſione aggreſſus inueniatur impotens hic, & nunc ad ſe tuendum ab aggreſſore. Non placet primo, quia inſidias definiuit reſpectiue ad præordinationem earum, dum vocauit eas ordinationem, reſpectu cuius referuntur magis ad induſtriam, vt ipſe inſinuat num. 6. Inſidiarum autem nomine intelliguntur illi modi occulti, de quibus ſupra, vt dicunt omnes Iuriſperiti, ordinatio vero,

ſeu

ſeu ſe[illegible]ctio illorum aliud eſt ab ipſis inſidijs, quæ ſunt ipſa res materialis applicata ad exercitium ſupponens ordinationem, & electionem modorum ad occulte occidendum propoſitorum. *Secundo*, ſuperfluit illa impotentia, cum non ſit de ratione inſidiarum, ſed eius effectus, qui quandocunq; non ſequitur, quando ſcilicet ictus vadit in- caſſum.

95

96 Idem Graſſet. ſequenti *§. 6.* diſtinguit inſidias in negatiuas, & poſitiuas. Negatiuas vocat illas, quæ referuntur ad hominem non diffidatum, nec diffidabilem ex ſua conditione, ſic dictæ, quia in aggreſſo negant omnem actum præuiſionis periculi, & ſic terminant ad hominem non diffidatum, cuiuſmodi eſt homo adultus vtens ratione, vel non diffidabilem, qui ſcilicet caret vſu rationis hic, & nunc cum aggreditur. Et ſeptem exempla ab eo poſita *§. V.* vocantur inſidiæ negatiuæ.

Inſidiæ vero poſitiuæ ab eodem vocantur eædem ad aggreſſum poſitiue affidatum de ſua ſecuritate prætextu amicitiæ, vt colligitur ex num. 3. vbi dicit aliquos Doctores in ſenſu negatiuo accipere inſidias, quatenus diſtinguunt homicidium commiſſum per inſidias à commiſſo ſub colore amicitiæ, ſub fide de non offendendo, &c. *ex Vincentio de Franchis deciſ. 713. num. 10. ex Couar. & Farinac.* Et in hoc

hoc ſenſu negatiuo accipi à Doctoribus relatis in Conſil. 168. num. 71. apud Farinacium. Concludit demum num. 10. omnes inſidias reſpicere impotentiam ſe tuendi, ſed non eodem modo.

Ex conſideratione inſidiarum ſecũdum negationem, aut poſitionem, diſtinctio noua ſolius Auctoris, de qua ne verbum quidem à Doctoribus citatis ab illo dicitur, nihil colligi poteſt in ordine ad homicidium, an dicendum ſit proditorium, vel non proditorium, niſi in eo ſenſu, quod ex poſitiuis reſpicientibus colorem amicitiæ oritur homicidium proditorium, non autem ſi ſint eius, qui vt inimicus manifeſtus inſidiatur proximo. Clarius ergo dixiſſet ſic; inſidiæ non ſolum tendi poſſunt contra inimicum, ſed etiam contra amicum, nam is dicitur affidatus per amicitiam, ille vero diffidatus per inimicitiam. Negatiuas, quas extendit etiam ad non diffidabilem, impugnaui ſupra, dum probaui inſidias non dari reſpectu ratione non vtentium, quia illis nihil occultatur. Vlterius illa particula *Non diffidatus* non includit amicum coloratum, quia eſt affidatus; nec inimicum, quia eſt diffidatus, cum inimicus nõ confidat inimico, ergo huiuſmodi negatio denominare non poteſt inſidias, quæ committuntur ſolum contra inimicos, ſed tantum contra non inimicos, vel non amicos, ergo ea ne-

F gatio

gatio nihil eſt, dum terminat ad non diffidatum, cum neutralitas non faciat proditorium ex q. 5.

97 ℞. Ex inſidijs nonquam oriri proditorium, quādo aggreſſor eſt inimicus, quia ſatis probatum eſt ex ſupradictis, nec inimicitiam, nec inſidias, in ſe ipſis ſpectatas, & conſideratas poſſe producere, & ſpecificare proditorium; vtrique vero, ſi inſidians ſit amicus coloratus, tunc enim inſidiæ in ordine ad homicidium ſumunt ſpecificationem ab amicitia ficta, ita quod inſidiæ de ſe non ſpecificant, nec qualificant homicidium, nec ponunt illud ſub ſpecie proditorij, quia inſidiæ vagari poſſunt per omne homicidium, etiā in rixa, in qua rixantes inſidioſe ſe occidere poſsūt modo occulto, & ignoto aggreſſo, vt ſi primo pugno inſultet, & poſtea ſclopetulo breuiori occultato occidat, & de rixa infra q. 14. Homicidium ergo factum per inſidias non eſt proditorium commiſſum ab inimico, etiam ſi occidat à tergo, aut per fæneſtram, etiam dormientem, docent quinquaginta Doctores, & vltra, quos contra ſe citat Graſſet. ſ. 10. num. 9. &

98 11. quorum aliquos citabo. *Gomeſ. tom. 3. Variar. cap. 3. num. 5. Ciarlin. cap. 10. num. 101. & 117. cap. 14. num. 21. cap. 116. num. 30. cap. 151. num. 23. & 24. Cephal. conſ. 57. num. 13. Giurba conſ. 20. num. 14. conſ. 60. num. 4. Guaz. Defenſ. 1. cap. 37. num. 41. Peregr.*

cap.

Digitized by Google

cap. 7. num. 20. Gargiar. conſ. 71. Diana par. 1. tract. 1. reſol. 5. & 35. Riccius par. 1. deciſ. 80. num. 1. Caſtillus deciſ. 154. num. 12. Lezana V. Immunitas num. 12. Caſtropal. de immun. p. 9. num. 28. Dal Bene par. 2. de immun. cap. 16. dub. 20. ſect. 2. num. 8. & ſect. 5. num. 1. Qui omnes ſequuntur Bartolum diſtinguentem homicidium proditorium à non proditorio per amicum coloratum, & per inimicum, & non per inſidias, quæ ab vtroq; committi poſſunt.

Graſſetus *ſ.* 10. à num. 10. dicit, quod occidens per inſidias inimicum, ideſt, eum, cui occiſor eſt inimicus Capitalis, & vt talis cognitus, dici debet homicida proditorius, adducit pro ſe Couar. *lib. 2. Var. cap. 20. num. 7. Verſ. Tandem, Plazzam in Epitome de delict. cap. 21. num. 2. Gambacurt. lib. 5. cap. 28. num. 3. Suarez de Paz par. 5. tom. 1. cap. 3. num. 117. 118. & 119. Barb. lib. 2. de iure cap. 3. num. 91. in totum circa viginti.* Probat textu, & ratione, textu accepto ex cap. 1. de homicidio, vbi habet rationem ſolum inſidiarum, vt homicida ab altari euellatur, nulla habita ratione amicitiæ, vel inimicitiæ. Ad hoc iam reſpondi ſupra ſub q. 4. in eius reſp. ad 3. argumentum num. 44. Non facere ad rem, cum ibi ſermo ſit de irregularitate, non de qualitate homicidij, niſi ex inſidijs, quæ accidere poſſunt in homicida tam ex amicitia,

citia, quam inimicitia. Rationes eius non refero, cum ſub eadem quæſtione, & alijs examinauerim.

Quæres 12. An ex induſtria oriatur homicidium proditorium.

99 Præmitto, quod induſtria eſt ingenioſa, & artificioſa diligentia circa modum aliquid agendi quandoque bona, cum tendit ad bonum finem, vt fecit Samuel Propheta Sauli regi, cui ex induſtria, ideſt conſulto, & dedita opera ſeruauit armum carnis ad comedendum 1. Regum cap. 9. num. 24. *Comede, quia de induſtria ſeruatum eſt tibi*. Homicidium ergo dicitur factum per induſtriam, quod factum fuit ex præmeditatione, non caſu, ſed ex propoſito, & dedita opera, non ex rixa, & à ſangue caldo; ſed appenſate, animo occidendi, & à ſangue freddo, & doloſe. Ita omnes *cum Deciano libro ſexto cap.* 28. *num.* 15. *Cann. in cap.* 1. *de homic. Graſſet.* §. 3. *per totum.* multa ſpeculando, quæ omitto, quia ſine illis ſufficienter illuminatur intellectus ad cognoſcendum homicidium ex induſtria commiſſum.

An

100 An autem induſtria diſtinguatur ab inſidijs, & hæc poſſint eſſe ſine induſtria? Reſp: Inſidias fieri non poſſe ſine induſtria, quia inſidiaturus ſtudioſe conſiderat modum occultum, quo occidere poſſit proximum non præuidentem inſidias, non enim caſu tenduntur inſidiæ, ſed conſilio, & arte, & volenti occidere neceſſe eſt præmeditari modum inſidiandi ex ſingulari artificio. Inſidiæ ergo parantur per induſtriam. Quandoq; vero datur induſtria ſine inſidijs, nam prius ſtare poteſt ſine ſuo poſte-
101 riori, non poſterius ſine ſuo priori, nam tunc occidens dicitur vti induſtria ſine inſidijs, cum per modum notum, & non occultum occidit proximum e. g. alloquendo ilium placide, vel tradendo literas, vel quid ſimile; hi enim modi patent aggreſſo, ac proinde non poſſunt dici inſidiæ, cum modi earum ſint occulti, & incogniti aggreſſo. Quare modi induſtriales per apparentiam diſtinguuntur à modis inſidialibus per occultationem. Graſſet. ſ. 3. num. 14. & 15. dicit, quod inſidiæ non dantur ſine induſtria, quæ eſt ex propoſito, & præmeditatione, ſubdit, id non eſſe verum vniuerſaliter, cum aliquando quis occidatur ex inſidijs cum induſtria, non tamen ex propoſito, neq; ex præmeditatione, ex Menochio, Gutierez, & Fagundez, probat ſub num. 14. quia occidens à tergo

cum, cum quo rixatus eſt paulo antè, occidit per inſidias includentes induſtriam, quæ tamen non procedit ex propoſito rigoroſe accepto, neq; ex præmeditatione. Idem dicit, ſi quis indignatus ex grauis relationibus ſibi factis incontinenti occidat ſibi confidentem.

Non video, quomodo id verum eſſe poſſit, cum enim inſidiæ ſine induſtria non dentur, & hæc illas præcedat, videtur impoſſibile, quod induſtria detur ſine propoſito, & præmeditatione, cum executio inſidiarum mediet inter induſtriam, & homicidium, ſufficiens interuallum pro propoſito, & præmeditatione. In poſteriori caſu non ſunt induſtria, neq; inſidiæ, vt patet ex illo incontinenti excludente interuallum;

102 ℞. Quamuis homicidium proditorium ſupponat induſtriam, ſicut & inſidias, non ideo tamen ex illis formaliter conſtituitur, cum ad illud præſuppoſitiue ſe habeant tamquam inſtrumenta, ſed ex colorata amicitia ſpecificatur. Eſt omnium tenentium proditorium à ſola amicitia colorata ſpecificari, de quibus ſupra q. 2. in fine.

Quæres 13. An dari poſſit homicidium proditorium ſine inſidijs, vel ſine induſtria.

103 ℞. Regulariter non datur, quia cum ſit doloſum, & ex propoſito cum propoſito occidendi, quod

quod proinde ſine illis contingere non ſolet, habet eas fere ſemper ſibi coniunctas. Credo in vno caſu contingere ſine illis, vt cum amicus fictus à facie ad faciem dicit aggreſſo alligato arbori caue te occido. Certe is eſt proditor, quia fingebat amicitiam, ſub cuius calore occidit amicum creditum verum ab occiſo, nullo præcedente rancore, neq; rixa, ſola occaſione accepta ex alligatione aggreditur, vt ſecurius illum è medio tollat.

Quæres 14. An ex rixa quandoq; procedere poſſit homicidium proditorium.

104 ℟. Non, quia ex inimicitia, vt probatum fuit q. 4. num. 24. Non oritur proditorium; ſed rixa eſt principium rancoris, & inimicitiæ, vt late probaui cap. 1. de homicid. in genere q. 2. ergo ex rixa non oritur proditorium. Eſt communis omnium ſequentium Bartolum illis verbis: *Veniens tecum tamquam ſocius itineris nulla interueniente rixa te percutiam non poſſum dici contra te faciſſe inſultum, ſed dicor hoc feciſſe proditorie.* Ergo è contra, (vallet enim argumentum à contrario ſenſu, *Gloſ. V. intelligi, cap. cum Apoſtolica 7. de ijs, quæ fiunt à prælat.* Vbi dicitur fortiſſimum, & validiſſimum) interueniente rixa homicidium ſecutum non dicitur proditorium. Ita *Clarus §. Homicidium* 8. *Gutier. lib. 1. Pract. q. 2. num. 9. Giurba conſ. 60. initio, Graſſ. lib. 1. de caſib. reſeruat. cap. 14. num. 50. Peguera dec. 54. num. 9.* F 4 Pro-

Procedit quæſtio licet detur interuallum inter rixam, & homicidium, quia licet rixa, & altercatio eſſet per quietem, & taciturnitatem, tamen durat in ſuo effectu rancoris, odij, & inimicitiæ, ſeu iræ, ex rixa enim ſequitur odium, & inimicitia, quæ præſumitur durare, niſi rixati reconcilientur ad inuicem, vnde Bartol. ſimpliciter dixit, *nulla interueniente rixa*, & Giurba conſ. 82. num. 46. dicit, recedentem à rixa, vt arma accipiat, verſari in eadem rixa, & eodem impetu, vel calore iracundiæ, ac proinde ex illo interuallo non oriri proditorium, ſed homicidium dici rixoſum, & non proprie præmeditatum cum non ſit *à ſangue freddo*, dum adhuc ebullit circa cor ſanguis, vt dixi eodem cap. 1. num. 23. Hic tamen aduertendum eſt quandoq; fingi rixam ad euitandam proditorij necem, vt cum quis ſuper re leui altercando occidit proximum, non enim veriſimile eſt rixam habere originem in ordine ad homicidium ex re tam leui, vt ſi altercatio fiat ſuper vnum Iulium, ſed occaſionatam fuiſſe ex homicidio proditorio non apparenti, ſed per rixam palliato, quod autem non eſt veriſimile, vt quis ſcilicet occidatur pro re leui habet ſpeciem falſitatis, *ex cap. Quia veriſimile, de præſumpt. Bald. in l. 1. C. de Seruis fugit. num. 9. Surd. deciſ. 23.*

Quæres 15. An homicidium proditorium dicatur

culpoſum,

culpoſum, an doloſum? An ſimplex, an vero præmeditatum, & ex propoſito factum?

105 ℞. Non eſſe culpoſum, ſed doloſum; non ſimplex, ſed qualificatum, & præmeditatum. Patet, quia culpoſum dicitur caſu factum negligentia intercedente, ſupra hic num. 5. Eſt vero doloſum, quia fit voluntate, & animo occidendi, ex num. 5. Non ſimplex, cum non fiat cum rixa, reſtat ergo quod ſit qualificatum cum fiat ex præmeditatione antecedente temporis interuallo homicidium, & in his nulla eſt difficultas. Poteſt autem eſſe homicidium appenſatum, & non proditorium, vt apparet in occidente inimicum, *Carlin. cap.* 10. *num.* 136. *Vermiglio conſ.* 94. *num.* 2. Graſſet. §. 1. num. 20. in quantum dicit, proditorium non ſaluari ſine appenſamento.

Quæres 16. An ex ſola verberatione, vel percuſſione homicidio non ſecuto fiat proditorium?

106 ℞. Huiuſmodi actiones ab amico colorato procedentes ſunt proditoriæ, homicidio non ſecuto, ſiue intento, ſiue non intento in ſe, non ſolum in foro externo, ſed etiam in foro conſcientiæ. Probatur, quia actus humani ſpecificātur à ſuis obiectis formalibus, circa quæ verſantur in ſententia omnium Theologorum. *Apud D. Thomam* 1. 2. *q.* 18. *art.* 5. *&* *q.* 20. *Scotum quolib.* 18. Sed illæ verbera-

berationes, & percuſſiones ſpecificantur ab amicitia colorata, ergo ſunt proditoriæ etiam effectu mortis non ſecuto, quia mors non ſpecificat homicidium proditorium, neq; præuios actus, ergo ſicut homicidium ſpecificatur proditorium ab amicitia colorata, ita & illi actus percuſſionis, & verberationis; ſiue homicidium ſit intentum, ſiue non, ſed excluſum, quia intentio ſiue incluſiua, ſiue excluſiua necis non poteſt eludere fictam amicitiam, quæ talis exiſtit ex facto ſuo, vnde qualiſcunq; actus ab ea dependens ex ſe præſcindi efficaciter non poteſt.

Quæres 17. An in bello dari poſſit proditorium?

107 ℞. Dari non poteſt proditorium in bello, niſi tempore treguæ ſiue ſit iuſtum, ſiue iniuſtum. *Primum* probatur, quia ex inimicitia non oritur proditorium, ſed ex ſola amicitia colorata, ex hactenus probatis; in bello autem viget inimicitia inter partes vnius exercitus contra alium exercitum,
108 cum bellum ſit publicum certamen inter hoſtes in ordine ad pacem inducendam, propulſata iniuria. Hoſtis autem dicitur inimicus communis, & publicus, ad differentiam priuati hominis non militis, qui dicitur inimicus reſpectu alterius priuati hominis extra caſum belli. *Secundum*, homicidium dici proditorium commiſſum inter hoſtes, probatur,

tur,quia frangens fidem datam, vt contingit in treguа, eſt proditor, cum deficiat à fide promiſſa, eſt enim tregua ſecuritas data perſonis, & rebus, diſcordia, & bello nondum terminatis per pacem,
109 *Gloſ. V. Tregua cap. 1. de tregua.* Prima igitur pars hoſtium, quæ inuadit alteram partem hoſtium committit proditorium, dum datam fidem frangit,
110 alij vero offendentes fractores proditores non ſunt, quia non amplius viget tregua à primis rupta. Milites vero ſpectati ſingulariter, ſeu vt priuati aggreſſores aliorum militum eiusdem exercitus, vel aduerſariorum, tunc dicuntur proditores, ſi exiſtebant inter ſe amici, vt præſumuntur tales in eodem exercitu, in quo vti ſocij, & conſodales militant, ſicut in diuerſis, & oppoſitis præſumuntur inimici, ac proinde non proditores, ſi occidant.

Quæres 18. An in duello poſſit dari proditorium?
111 ℞. Negatiue, quia duellum, quod eſt ſingularis pugna inter aliquos orta ex diuerſis cauſis, vel ad purgationem, vel ad gloriam virium oſtendendã, vel ad odium exagerandum, quod accidit ex præcedenti inimicitia, & rancore notis vtriq; parti, dum ſine condicto non committitur; ſed vbi datur inimicitia, ſeu rancor, & altercatio, ibi non poteſt eſſe proditorium, ex probatis in præcedentibus, ergo nec in duello, quod oritur ex altercatione.

Con-

Contrarium docent nonnulli apud *Declan.lib.7.cap.29. num.27.quos citat Graſſet.§.12.num.26.* In caſo,quo vnus occidat alterum ante diem deſtinatum ad pugnam, dum pendet prouocatio. Probat *primo*, quia implicite cenſetur data fides de interim non offendendo. *Secundo*, quia ex communi opinione vulgi iſte appellatur, *mancatore di fide, & di parola*, ergo proditor eſt.

Contra,quia homicidium commiſſum pendente prouocatione non minus oritur, & cauſatur ab inimicitia,& diffidatione nota, quam quod committitur in actu duelli, ergo ſicut hoc caret proditorio, ita & illud, tempus enim non diuerſificat homicidium, ſed formalis cauſa,à qua oritur.

Ad primum ℞. Prouocationem duelli nõ includere dationem fidei, niſi id exprimatur, nec proinde ſecuritatem, ea pendente, cum fides non offendendi non ſit de ratione intrinſeca duelli, quod eſſentialiter eſt ſolum ſingularis pugna plurium ex condictio.i.deſignationis loci,& temporis, ex communi, *apud Carafam de Duello tract.* 1.*ſect.* 3. *q.* 1. in quibus nullo modo continetur fides de non lædendo, immo id videtnr deſtruere naturam duelli, quod non contingit ſine læſione,ergo datio fidei,& ſecuritatis nulla ratione, nec expreſſe, nec implicite inclu-
112 ditur in ratione duelli; nam tunc implicitum

cenſetur

cenſetur in eſſe rei, quando eſt de intrinſeca ratione rei, *l. Aliquando* 106. *de condit. & dem. l. Non recte* 13. *ff. de fideiuſſor.* Sed fides de non lædendo ante præfixum diem pugnæ non eſt de intrinſeca ratione duelli, nec ipſius deſignati temporis pendentis, cum id ſolum importet duelli pugnam eſſe incipiendam à tali die, & non ante, vnde ſicut pugna facta ante illum diem non dicitur duellum, ita neq; proditorium, cum aggreſſio facta ſit ab eo, à quo poterat timere.

Ad ſecundum, eſto vulgus ita dicat, eius tamen non eſt imponere rebus nomen, ſed id pertinet ad legislatores, & viros doctos, vt probaui ſupra num. 43. Et facit Hoſt. cum alijs citatis *à Rota apud Tambur. tom. 3. de iure Abbat. deciſ. 5. num. 6. dicens in cap. De*
113 *multa, de prabend. num.* 11. quod nomen non ſolum inſpicitur, ſed etiam an habeat ſubſtantiam rei; quod non habent illa verba, *mancator di fede*, quæ ad plura referri poſſunt, etiam in contractibus, & in caſu noſtro nullam dedit fidem, ſed ſolum pugnandi tali die.

Quæres 19. An occidens bannitum, ſeu banditum, ſit proditor?

114 ℞. Qui banditum capitaliter cum facultate data omnibus occidendi intellige intra proprium territorium, extra loca ſacra exiſtentia in eodem territorio,

ritorio, occidit, non eſt proditor, licet eidem bandito dederit fidem non offendendi illum, itaq; non dicitur reus proditionis ſiue ſit illi amicus, ſiue non, fictus, ſiue verus amicus.

115 Primum probatur, quia ille dicitur proditor, qui ſub colore amicitiæ, & cum peccato offendit proximum, nam homicidium proditorium non committitur ſine peccato; ſed talis amicus licet fictus non peccat occidendo amicum banditum, quia qui committit auctoritate ſuperioris licite, &

116 iuſte mandantis, non peccet, *cap. Qui peccat 40.* 23.q.4. Vnde nec Iſraelitæ furtum fecerunt accipientes ab Ægiptijs pretioſa, quia Deus iuſſerat, *cap. Dixit* 12. 14.*q.* 5. Et quod lex naturæ concedit, peccatum non eſt, *l. Retractare C. Ne fiſcus rem, quam vendit, Nauar. tom. 3. in cap. Qualitas num.* 26. Ergo ſi in tali homicidio nullum eſt peccatum, neq; proditio, quæ ſine peccato non ſtat.

117 Secundum, quod idem verum ſit, etiam reſpectu eius, qui dedit fidem non occidendi, probatur non eſſe illum amicum proditorem, quia pactum datæ fidei nullum fuit, vt probat *Bartol. diſput. incip. Humanæ ciuitatis ſtatuto, cum alijs citatis docet Graff. tom.* 1. *conſil.* 7. *de homic. qui num.* 16. dicit talem occiſorem non peccare, quia operatur zelo iuſtitiæ, & vt miniſter legis; nec violator eſt fidei atten-

tatæ,

tatæ, cum efficaciter eam dare non potuerit. Quicquid dicat Clarus ſ. Homicidium num. 51. fidem ſeruandam eſſe etiam hoſtibus, nam id verum eſt, ſi potuit fides dari, quod ſupra negatum fuit ex Bartolo.

Qui ergo banditum zelo iuſtitiæ, & ſtatuti auctoritate occidit ſiue à facie ad faciem, ſiue clam, & retro, aut veneno, ſeu alio exquiſito modo, nequaquam proditor eſt, licet fidem dederit, quia non peccat, ſic docent *Ioſeph de Iannario de caſib. reſeru. reſol. 64. nu. 39. fine Alterius de Cenſur. tom. 1. lib. 5. diſp. 20. cap. 1. Sanch. lib. 8. diſp. 1 num. 31. Maiol. de irregul. lib. 5. cap 98. num. 2. Floron. de reſeru. par. 2. caſu 4. ſ. 1 num. 23. cum alijs Graſſet. ſ. 12. num. 15.* qui in ſequentibus numeris multa congerit, dicendo num. 18. non licere cum illis pactum inire de non offendendo, ne reſpublicæ ex hoc damnum inferatur, vt docent etiam *Vulpellius de pace q. 37. num. 6. & Sebaſt. Guazzin. de de pace par. 2. ſ. 2. q. 5. num. 2.* Et num. 19. idem Graſſet. hanc opinionem vocat probabilem, non obſtante ſcilicet pace data, homicidium non eſſe proditorium, eſſe vero appellat probabiliorem, ſed id non probat, ſubdendo ſub num. 22. & 23. pactum etiam iuramento veſtitum non valere ex dictis Doctoribus.

118 Dixi, homicidium banditi licere, ſi fiat intra territorium

ritorium bannientis,& extra loca ſacra,& pia,nam extra territorinm non poteſt ſe extendere Principis,ſeu iudicis decretum,quia eius auctoritas perſonis,& loco ſimul cohæret, *l. fin. C. Vbi, & apud quos*, vnde nec exerceri poteſt extra territorium, *cap. Statutum* 11. *§. Cum vero, de reſor. in 6.* Eſt communis *apud Farinac. q.* 103. *num.* 208. *Clarlin. cap.* 61. *num.* 8. quos cum alijs citaui *cap. de homic. q.* 5. *num.* 21. contra nonnullos apud Baſſeum V. Bannirus num. 32.

119 In loco ſacro, ſeu pio, vt in eccleſia, cemeterio, hoſpitali, aut monaſterio, licite occidi non poteſt bannitus, cum iudex in illis locis ius dicere non poſſit, quia prohibetur, ne quid deforme fiat in loco ſacro *l. Vn. ff. Ne quid in loco ſacro fiat.* Et cum ſint exempti à iuriſdictione laicali, reputantur tamquam exiſtētia extra ipſius territorium, licet enim ſint in territorio, quo ad ſitum, extra tamen cenſentur eſſe, cum non ſint de territorio, vt docent

120 omnes *Ioan. Andr. in Clem. Un. de foro comp. V. Quia nomine, Megal. par.* 3. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 36. *Rodriq. tom.* 1. *q.* 36. *art.* 3. *in fine §. Primum, Lapus in Clem.* 2. *de priuileg. Ex Graffio par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 107. *Sigiſm. de elect. dub.* 51. *num.* 2. *Lezana in Marimagno Auguſt. num.* 44. Bannitus ergo Capitalis cum facultate occidendi non poteſt offendi in eccleſia, nec alio loco pio, ob rationes adductas, & vlterius id patet *ex l.*

De-

Denuntiamus 4. *& l. Præſenti* 5. *C. de his, qui ad eccleſ.* & ex Gregoriana, qua reus prohibetur extrahi ab eccleſia, & locis pijs, ergo minus occidi poteſt ibidem. Ita docent *Boſſius in Pract. crim. de foro compet. n.* 69. *Farinac. q.* 103. *n.* 323. *Sperellus dec.* 104. *num.* 68.

Quæres 20. An proditor ſit occidens habentem ſaluum conductum? Saluus conductus eſt ſecuritas data alicui reo à Principe, vel eius miniſtro ad id facultatem habente, ne quis eum in ſuo territorio poſſit offendere impune, Clarus q. 32. num. 13.

121 ℞. Eſt proditor, ſi erat illi amicus, & non aliter iuxta principia poſita; & firmata in primis quæſtionibus, aliter non, quia hæ conditiones, & quod ſit reus, & quod habeat ſaluum conductum, non inferunt proditionem, eſto clam, aut à tergo occidatur, cum ex ſola amicitia colorata oriatur proditio, & non ex modis occidendi, modi enim ex eorum diuerſitate homicidium ſpecificare non poſſunt proditorium; & ita intelligendus eſt Toletus lib. 8. cap. 45. num. 2. Quod ſi dator ſalui conductus ipſe per ſe, vel alium occidat, ſine dubio eſt proditor, cum vt amicus ex gratia facta dicatur prodere illi fidem datam violando. Quod ſi ex noua cauſa exurgente, ſeu delicto, occidat, non eſt proditor, quia ſaluus conductus protegit reũ quatenus talem ex delictis præteritis, non futuris, cum

G non

non debeat dare occaſionẽ reo iterum delinquendi; cum ergo reſpectu futurorum non dederit, nec
122 potuerit dare ſecuritatem, ex hoc non erit proditor, quia ſuper futuris ſecuritatem non dedit; nec ex titulo amicitiæ dici poteſt proditor, quia ex nouo delicto euanuit illa gratia, amicitia, & beneuolentia, ſubditus enim per delictum perdit amicitiam Principis, & illius contrahit inimicitiam, & indignationem.

Quæres 21. An ſit proditor lædens, ſeu occidens ſuum Principem?

123 ℞. Vtiq; quia ſubditi ex fidelitate Principi debita contraxerunt cum eo amicitiam, ratione cuius ſi deficiant, & illum offendant non ſolũ ſunt læſæ maieſtatis rei, ſed etiã illius traditores, & proditores violantes illi fidem ſubiectionis. Ita *Paris de Puteo, de re milit. V. Duo milites, Gigas de crimine læſæ maieſt. tit. de proditor. q. 1. n. 15. Lucas de Penna in l. fin. C. de delator. n. 7. ex illis Decian. lib. 7. cap. 29. n. 4.* vbi, reſtringit ad iuſtũ regem; Vnde occidens tyrannũ, qui non dicitur iuſtus Princeps non eſt proditor, quia inter ſubditos, & tyrannũ non intercedit fidelitas, nec amicitia, ſed infidelitas, & inimicitia, quæ excludũt pro-
124 ditorium. Nomine Tyranni voco illos, qui ſine vllo iuſto titulo ſo intruſerũt in Principatũ, & dominiũ, & nondũ pacifice poſſident, reſiſtente populo;

qui

qui ergo ſic dominatur Tyrannus eſt, & Princeps non iure, ſed iniuria. Qui vero occidit Principē iuſtū poſſeſſorē ſolū Tyrānū in facto, qui ſcilicet tyrannium exercet onerādo ſubditos vltra par eſt, vt nō raro accidit, proditor eſt, ob adductas rationes.

Quæres 22. An cōmittens in patriā ſuā ſit proditor?

125 ℞. Affirmatiue, *l. Cuiuſq; 4. ff. de leg. Iul. maieſtatis, l. Omne delictum 6. ff. de re milit.* vbi exploratores, qui ſecreta nuntiant hoſtib. proditores ſunt, & capitis pænas luunt; de quib. etiam *ſeq. l. 7. Proditores, eod. & l. fin. C. de abolition.* Qui tela dat hoſtib. proditor eſt, *l. 2. C. quæ res export.* Item qui patriæ, vel Principis ſui milites inducit in hoſtium inſidias, *l. Quiſquis 5. C. ad leg. Iul. Maieſt.* Item mittēs litteras hoſtib. nocituras Principi, ſeu patrię *ff. ead. l. 1. 2. & 3.* Si Secreta earū reuelauerit hoſtib. *ex cap. De forma 18 22. q. 5.* Omnis ergo ſubditus, & miles ſiue conductus, ſiue non iniuriam faciens, ſeu lædens patriam proditor eſt, & hoc plane dicitur 2. Machab, cap. 5. 15. *Menelao duce, qui legum. & patriæ fuit proditor.* Item permittens hoſtes venire in ſuū territoriū, vt dicit *Bald. in l. 1. ff. de rerum diuiſ. q. 42. Martinus laudens de crim. læſæ maieſt. q. 38.* quos citat, & ſequitur *Decian. lib. 7. cap. 29. n. 6. 7. & 8.* Ratio prædictorū eſt, quia ſubditi, & milites amici ſunt ſuæ pariæ, & Principis, ergo in eos committentes merito dicuntur proditores.

Quæres 23. An committens in Epiſcopum, ſeu in ſuum Prælatum, & ſuperiorem ſit proditor.

126 ℞. Affirmatiue, quia inter eos eſt amicitia, & obedientia promiſſa, à ſubditis ſuis ſuperiorib. ergo & offenſio dicitur proditio, cũ amicitia nõ fuerit vera, ſed ficta, intellige ſemper nullo præcedẽte rancore, aut rixa; Ita Decian. lib. 7. cap. 29 n. 9. reſtringens ad Epiſcopũ habentẽ iurisdictionẽ temporalem reſpectu ſuorum ſubditorum, quia illi datam fidem frangunt; Sed ego id verum puto etiam reſpectu iurisdictionis ſpiritualis, ob rationem allatam, & eo magis cum eccleſiaſticus fortiori ligamine ex obedientia promiſſa ſit ſubiectus, quã laicus, & vaſſallus, vnde nõ ſolum eſt proditor, ſed etiam reus criminis læſæ maieſtatis in Epiſcopum, & Generalem, qui ambo ſunt Principes, & habent

127 maieſtatem, vt probaui *cap. 6. de homicidio, q. 17. de Epiſcopo num. 25. de Generali vero q. 18. num. 30.* Omnis ergo reus criminis læſæ maieſtatis eſt etiam reus proditionis, non vero, qui proditor eſt, ſemper reus eſt criminis læſæ maieſtatis, offendens enim alios Prælatos, & Superiores inferiores, licet proditor ſit, ſi nullus præceſſit rãcor, nec rixa, nõ tamẽ eſt reus criminis, quia iſti non habent maieſtatem.

Quæres 24. An inter dominum, & ſeruum poſſit dari proditorium?

128 ℞. Affirmatiue, quia inter illos eſt relatio amicitiæ, quæ poteſt eſſe ficta, & talis cognoſcitur, ſi alter alterum occidat, nulla præexiſtente rixa, aut rancore. *Ita S. Anton. par. 2. tit. 1. cap. 22. de proditione initio. Medices de peccat. Capital. tit. 6. q. 13. fol. 269. Graſſet. §. 18. num. 5. & 6.* illos citans.

Quæres 25. An inter officialem, & ſubditos eius dari poſſit proditorium?

129 ℞. Affirmatiue, quia in eis ſupponitur relatiua amicitia ex ſubiectione, vnde ſi alter ab altero occidatur ſine rixa, aut ſine rancore, tunc homicidium erit proditorium ex ea ficta amicitia. *Ita Sanfelicius dec. 241. num. 4. Giurba conſ. 20. num. 8. citans alios cum Graſſet. §. 18. num. 8.* de officiali occidente detentum apud ſe captum.

Quæres 26. An inter dominum, & vaſſallum detur proditio?

130 ℞. Datur proditio inter dominum, & feudatarium, quando nulla præcedente rixa, inimicitia, nec rancore, alter occidit alterum. Et quidem ex parte vaſſalli, quod ſit proditor offendendo dominum, patet ex eo, quia promittit illi fidelitatem, quæ non ſtat ſine amicitia, ergo tradendo illum in fide data, proditor eſt. Forma autem fidelitatis ſcribitur in lib. 2. Feudorum tit. 5. 6. & 7. his verbis: *Ego*

131 *N. iuro ſuper hæc Sancta Dei Euangelia, quod ab hac bo-*

ra in antea vſq; ad vltimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi N. Domino meo contra omnem hominem, excepto Imperatore, vel Rege. Et ibidem explicatur in quibus actionibus conſiſtat huiuſmodi fidelitas, vt ſcilicet in nullo offendatur, ſed illi ſeruiatur. Vidè cap. De forma 18.22. q. 5. vbi de eadem fidelitate vaſſalli erga dominum. Ex parte quoq; domini committitur proditio contra vaſſallum, cum illum offendit, quia licet illi nullam fidem præſtet, tamen ex eo, quod dominus eſt, non excuſatur à proditione, ſi illum prætextu amicitiæ offendat, vt probatur ex citato cap. de forma, vbi dicitur prope finem. *Dominus quoq; fideli ſuo in his omnibus vicem reddere debet, quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur malefidus.* Et licet nulla fiat expreſſio vocabuli proditionis, tamen homicidium ſic ſecutum proditorium erit, quia relatiua non iudicantur ad imparia; nec conditiones eorum tollunt proditionem, quando in eis locum habere poteſt, cum ſcilicet præfuit colorata amicitia.

Quæres 27. An inter conſanguineos, & affines dabilis ſit proditio?

132 ℞. Affirmatiuè, quia in eis regnare poteſt ficta amicitia, & quandoq; magis in eis, propter cohabitationem, quam in extraneis, quandocunq; inter illos non præceſſerit inimicitia, rixa, aut manifeſtus

rancor

rancor ſictam amicitiam rumpens. Quare pater occidens filium, & filius patrem committit proditorium. Ita *Suarez. de Paz. par. 5. tom. 1. cap 3. Sanchez lib. 6. conſil. cap. 1. dub. 8. num. 26. Giurba conſ. 60. num. 3. ex illis, & alijs Graſſet. ſ. 18. num. 2. Caball. num. 431. Diana par. 6. tract. 1. reſol. 26. q. 1.* De filio matrem occidente, *Vincent. Tancred. de Relig. lib. 4. diſp. 8. q. 5. num. 26.* Proditor eſt frater in fratrem, coniux in coniugem, *Giurba conſ. 60. num. 3. Baron. de effect. inimicitiæ 14. num. 7. Porrus in faſciculo fol. 731. Graſſet. nu. 4.* Vide q. 9. de reconciliatione mariti cum vxore. Proditor eſt occidens affinem, *Corradus Brunus de ſedit. cap. 13. num. 3.*

Quæres 28. An detur proditorium inter Magiſtrum, & diſcipulos?

133 ℞. Affirmatiue, quia inter hos fundatur relatio diſquiparantiæ in amicitia, quæ conuerti poteſt in ſimulationem; ſi nulla præceſſit inimicitia, rixa, aut rancor, quia tunc ſimulatio aperitur, ex qua non poteſt ſequi proditorium, dum occiſio prouenit ex patenti inimicitia. Intellige quando verberatio non fuit cauſa correctionis, & diſciplinæ, nam Magiſtro licet percutere, & verberare diſcipulum cauſa correctionis, vt ex ea negligens euadat diligens, poteſt enim corrigere diſcipulos, ſuper quos iuriſdictionem habet, *Gloſ. fin. cap. Cum contin-*

gat 13. *de foro compet. ex Auth. Habita ſub tit. C. Ne filius pro patre.* Vnde impune verberat diſcipulos, *cap. Aut facta* 19. *dist.* 1. *de Pœnit.* Nec incurrit excommunicationem, *cap.* 1. *cap. cum voluntate* 54. *de ſent. excom. Megal. par.* 3. *de cenſur. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 14. *Verſ. Tertio, Graff. tom.* 2. *conſil.* 10. *de ſent. excom.* dicentes procedere etiam in correctioue Clericorum, qui ſunt conſtituti in Sacris. Vt autem excuſetur debet percuſſio, & verberatio eſſe moderata, intuitu diſciplinæ, non ex odio, aliter nimia ſæuitia culpæ adſcribitur, Graff. de *reſeru. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 6. Quare ſi excedat in correctione reus eſt proditionis, & cenſuræ moriente ex percuſſione diſcipulo.

Quæres 29. An detur proditorium inter patrem, & filium ſpirituales ratione Sacramentorum Baptiſmi, Confirmationis, & Pænitentiæ?

134 ℞. Affirmatiue, quia inter hos adeſt amicitia poſitiua, magnum enim beneficium ſpirituale inter illos intercedit pro ſalute animæ, vnde ea ſuppoſita vti certa, ſi nulla præcedente inimicitia ſequatur inter eos homicidium probatur proditorium ex ſimulata amicitia. *Ita Hippolytus Bonacoſſa in communibus opin. crim. V. Proditor, & in quæſt. crim. V. eod. Bald. conſ.* 361. *num.* 3. *Burſat. lib.* 2. *conſ.* 147. *num.* 29. *conſ.* 216. *num.* 142. *Marſil. conſ.* 32. *num.* 14. *Caballus de homicid. num.* 432. *&* 435. *ex eis Graſſet. ſ.* 18. *num.* 7.

Quæ-

Quæres 30. An dabilis ſit proditio inter tutorem,& pupillum?

135 ℞. Affirmatiue, quia inter eos intercedit amicitia, quæ poteſt conuerti in ſimulatam, ex qua ſequatur homicidium proditorium; Idem de curatore,& adulto dicendum eſt. *Caballus num.* 435. *Graſſet.*§.18.*num.*9.

Quæres 31. An dari poſſit proditorium inter aduocatum,& Clientem ſuum?

136 ℞. Affirmatiue, quia ex negotiatione virtutis contracta amicitia poteſt conuerti in ſimulatam, & ſic cauſare homicidium proditorium, ſi nullum præceſſit euidens ſignum inimicitiæ, in quo caſu excluderetur proditorium. Ita *Decian. lib.*7.*cap.*29. *num.*12.vbi citat *l.*1.*ff.de præuaricat.* & *l.*2.*ſ.*1.*ff.ad leg. Iuliam, de adulter.* in quibus fit mentio de verbo *Prodere*, quod tamen ibi formaliter importat magis manifeſtare, quam occidere proditorie. Ita quoq; *Petrus Gregor. Toloſ. comment. in Sintaxes artis mirabilis tom.*2.*lib.*4.*cap.* 60. *num.* 6. Ex eis *Graſſet. ſ.* 18.*num.*9.

Quæres 32. An inter medicum, & infirmum contrahatur proditorium?

137 ℞. Facilius id contingit in medico, qui venenũ loco medicinæ præbere poteſt inferendo mortem proditoriam ſuo infirmo, cum quo poteſt amicitia

citia ſimulari,& certum eſt,quod infirmus eſt amicus medico, nam nullus ad ſanitatem procurandam vocat inimicum, ſed amicum quærit. Ita ex Anonimo *apud Campanilem fol.* 649. *Graſſet. §.* 18. *num.* 10.

Quæres 33. An proditorium veneno committatur?

138 ℞. Affirmatiue, quia ab amicis tantum dari ſolet, ergo ſub prætextu amicitiæ, contingit proditorium ex veneni porrectione; Certum autem eſt datam ab amico in ſententia omnium generare proditorium, quos magno numero refert Graſſet. §. 19. initio. Datum vero ab inimico non inducit proditorium, ex quo oritur à ſola amicitia colorata, & ita tenent *Bonac. in Bulla diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 16. *§.* 8. *num.* 3. *Dal Bene par.* 2. *de immun. cap.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 2. *num.* 5. & 6. *Eſcobar. tract.* 6. *V. Status Exam.* 4. *cap.* 3. *de immun. fol.* 732. *Sperell. dec.* 23. *Diana par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. *§. Sed ego puto cum alijs Graſſet. §.* 19. *num.* 13. Contra ſeipſum admittens proditionem ex inimicitia nota.

Graſſetus ergo cum ſuis amicis, ſed paucis, probat non eſſe habendam rationem inimicitiæ in venenatione, ſed probato veneno, ſequi probationem proditorij, quia venenatus non cognoſcit actualiter hoc debitum ſe præcauendi, ſi adeſt. Immo non poteſt habere hoc debitum præcauendi ſe à vene

no,

no, cum id ſit impoſſibile, aliter quis deberet ſe abſtinere in propria domo ab omni cibo, potu, olfactu, tactu, & alijs, in quibus latere poteſt venenum, quod omnino eſt impoſſibile.

Contra eſt, quia ſciens ſe habere inimicum, certum eſt, quod habet debitum ſe præcauendi, vt vitam ſuam ſeruet, aliter inconſiderate viuens temerarius eſt; hoc autem debitum in eo conſiſtit, vtendi ea diligentia, quam humano, & poſſibili modo adhibere poteſt, & ideo per hoc debitum non obligatur ad ſe abſtinendum omnino à prædictis, cum id non ſit ſe præcauere à periculo homicidij, ſed potius mortem quærere, & ſeipſum necare; ſufficit ergo illi adhibere ea media, quæ ſunt poſſibilia, & conducentia ad ſui conſeruationem, non autem ad impoſſibilia, quæ tendunt ad ſui deſtructionem, ſuper quibus fundatur argumentum allatum.

Quæres 34. An dans venenum ſit phyſice, an ſolum moraliter homicida proditorius?

139 &c. Eſt talis phyſice, probatur, quia interficiens hominem gladio, enſe, ſclopeto, ſagitta, &c. eſt vere phyſice, & proprie homicida, vt fatentur omnes, ſine vlla difficultate; ergo & qui veneno occidit. Confirmatur, quia homicidium phyſicè committitur per inſtrumentum, vt patet, ergo & per venenum, cum ſit vnum ex inſtrumentis, qui-

bus

bus homo occiditur. Eſt communis, quia vera. Ita *Caprareg.* 80. *num.* 18. *&* 19. apud Doctiſſimum virum Petrum Franciſcum Paſſerinum Seren. Ducis Parmæ, &c. Conſiliarium in ſuo opere *de Pollut. eccleſ. diſp.* 5. *cap.* 24. *num.* 3. *&* 4. *Graſſet.* ſ. 19. *num.* 21. qui poterat non explicare Caſtropal. & Dal Bene, cum loquantur de mandante, non venenante.

Quæres 35. An homicidium ex veneno parato pro vno, caſu ſumpto ab alio, ſit proditorium paranti? Caſum proponit Graſſet. ſ. 19. num. 40. in eo, qui in menſa cubans porrigit ficum venenatum coram principali ex conuiuantibus, quem pntat neminem eſſe prorepturum ob reuerentiam ei debitam, & nihilominus alter conuiua ab eo raptum manducat, venenatore non audente illum monere, ne ſe detegat.

140 ℞. In Foro externo patronus iudicatur proditor, quia venenat amicum iuxta illud Bartoli: *Siſidens tecum in menſa*, nam amici, non inimici ſimul manducant. In foro conſcientiæ eſt ſolum mentalis proditor reſpectu illius, cui immediate porrectus fuit ficus, cui mors intendebatur; non vero reſpectu illius tertij, qui ficum abripuit inſciens in ſui damnationem, quia ratio proditionis reſpectu illius non fuit volita in ſe, nec in cauſa, non in ſe, quia nullo modo volebat venenare tertium;

nec

nec in cauſa, quia illi non porrexit, nec appoſuit ficum, neq; præuidit præreptionem; neq; locus erat præmonitioni, & quia non tenebatur ſe prodere, nec ad id faciendum tempus erat, nam in ſimilibus ludis ridiculoſis, non datur tempus recuperandi ablatum ex repentina deglutione. Quare cum non peccauerit reſpectu ſecundi, nec proditor fuiſſe dici poteſt. Ita de Lugo diſp.8.de Iuſt num.86. vbi, nec hunc eſſe irregularem.

Quæres 36. An maritus cogens vxorem ſumere venenum ſibi notificatum, & porrectum per vim, committat proditorium?

141 ℞. Negariue, quia hic amicitia, non ſimulatur, ſed odium, & inimicitia patens nota eſt ipſi patienti antequam in actu inuadatur, dum cogit eam ſumere venenum ſibi notificatum ante ſumptionem. Eſt Bartoli illis verbis. *Secus ſi eſſes mihi inimicus, ita quod eſſet rancor inter te, & me, & tunc te proditorie non percutio.*

Molina tract.3. de Iuſt. diſp.24. Verſ. Niſi ad eas, quẽ ſequitur Graſſer. §. 19. num.32. aſſerit, tale homicidium eſſe proditorium, quia mulier coacta ſe habet ad maritum ac ſi improuiſo, & ineuitabili ictu gladij interficeretur, ac defenſionem amitteret, & de facto amittit, quia ſi non ſumat venenum debet ineuitabiliter crudeliorem mortem pati.

Sed

142 Sed contra eſt, quia mors crudelior certè imminens ſi venenum non ſumat, non poteſt dici ex improuiſo, dum eſt nota vxori ante ſumptionem veneni, ergo hic nulla eſt ratio proditorij; Quod autem mors ſit ineuitabilis non facit proditorium, aliter omne homicidium etiam rixatum eſſet proditorium, dum non potuit euitari, quod vt abſurdum dicendum non eſt, quod oritur ex illa radice mala, quod impotentia cauſet proditorium.

Quæres 37. Quomodo dans venenum, & illud recipiens dicantur homicidæ? Præmitto venenum dari poſſe dupliciter. *Primo*, cum quis rem apponit ori patientis diglutientis, ſiue libere, quia ignorat miſterium veneni, ſiue coacte receptum in os per manum venenantis. *Secundo*, ſi patiens cogatur ſumere illud manibus proprijs ſibi notificatum ab inimico, vel etiam ſi ſumat ignorans in potu, vel cibo occultatum venenum.

144 ℟. In primo caſu dans venenum eſt phyſice homicida, quia immediate phyſico inſtrumento occidit hominem, ſicut talis eſſet ſi gladio, vel ſclopo interficeret. Patet ex q. 34. In ſecundo vero caſu agens non eſt homicida phyſice, quia nihil porrigit, ſed tantum cogit, & imperat ſumere, ac proinde eſt tantum homicida moraliter verbo, & iuſſione ſua. Ipſe vero patiens, qui manibus ſuis ſumit

potum,

potum, vel cibum, quæ ſcit eſſe venenata, eſt homicida phyſicus, nam poſitiue operatur in ſui deſtructionem. Arg. *l. Item ſi obſtetrix 9. ff. ad leg. Aquil.* vbi non offerens, ſed ſumens ſuis manibus medicamentum occidit, licet ille dederit cauſam. Puto autem, talem perſonam non valentem fugere crudeliorem mortem, non peccare mortaliter ſumendo venenum, quia non intendit directe ſe interimere, ſed hoc facit, vt crudeliorem mortem euitet. *Ita Arrag. quem contra ſe citat Leſſius lib. 2. cap. 9. num. 25. Verſ. Ob has rationes, Chapcauille de caſib. reſeru. de homic. Volunt. caſu 3. fol. 146. apud Graſſet. ſ. 19. num. 37.* Vbi tenet, hunc peccare mortaliter, quia præceptum *Non occides* cum ſit negatiuum ſemper obligat, & in quocunq; caſu. Et id confirmauit ſupra num. 33. Quia voluntas coacta, voluntas eſt.

145 Contra eſt, quia prçceptum licet negatiuum ſit, non tamen in omni caſu obligat, maxime quando ex duobus ineuitabilibus eligit minus, vt maius effugiat, vnde idem Leſſius cit. num. 35. dicit, graſſante incendio, poſſe quem, ſi incendium alio modo fugere non poteſt, quam præcipitio, ex alto ſe per feneſtram demittere, licet certo credat ſe moriturum ex illo caſu, quia non intendit ſe occidere, ſed euadere crudeliorem mortem.

146 Eſt verum, quod voluntas coacta eſt voluntas

quo

quo ad actum internum, & immanentem, non vero quo ad externum, de quo hic ſermo eſt, dum enim cogitur ad actum externum voluntas non eſt perfecta inducens peccatum mortale, nam metus cadens in conſtantem virum, vt in hoc caſu, minuit culpam, *cap. Sacris, de his, quæ vi, ibi: licet metus extenuet culpam.* Et voluntas coacta non eſt propriè voluntas, ſed ſecundum quid, *Decius in l. Velle non creditur ff. de reg. iur. num. 3.* Quare cum voluntas coacta non ſit perfecta, ſed ſecundum quid talis non poteſt producere peccatum mortale.

Quæres 38. An teſtis falſus, ex cuius dicto ſequitur mors querelati, ſit proditor?

147 ℞. Eſt proditor, quia teſtis ſemper ſupponitur amicus querelato, nam inimici non aſſumuntur ad teſtificandum contra inimicum, Farinac. q. 33. ergo deponendo falſum contra illum probatur proditor ex amicitia ficta. Nec obſtat quod amicitia ſimulata non coniungatur cum morte querelati, dum præcedunt defenſiones, per quas condemnandus ad mortem cognoſcit teſtem eſſe inimicum patentē. Quia ſufficit, vt ſimulatio coniungatur cum aggreſſione conſiſtente in depoſitione teſtimonij. Et id confirmatur exemplo Iudæ proditoris, qui gladio linguæ iniquæ, ſicut iſte teſtis, Chriſtum prodidit oſculo aggreſſionis, ex qua tunc inimicitia occultata

cultata manifeſte apparuit, licet poſtmodum ſublata ſimulatio non potuerit coniungi cum morte, niſi ratione præcedentis falſæ depoſitionis in ſuo effectu perſeuerantis, & terminantis ad mortem. Ita ſupponunt *Caſtropal. de immun. p. 10. n. 8. Bonac. in Bulla diſp. 2. q. 3. p. 1. 6. §. 8. num. 4. Diana par. 6. tract. 1. reſol. 26. q. 11. Dal Bene par. 2. cap. 16. dub. 24. ſect. 12. num. 4. & 5. cum alijs Graſſet. §. 20. num.* 28. aſſerentes hunc non priuari immunitate cum non ſit proditor phyſicus, ſed tantum moralis. Infra q. 80. Reuoco huc dicta Reſol. 101. num. 272. ad hos terminos.

Quæres 39. An iudex ſententians ad mortem innocentem, quem ſcit eſſe talem, probatum tamen nocentem per falſos teſtes, ſit proditor?

148 ℞. Affirmatiue, quia ſimulabat amicitiam cum querelato, ergo proditor. Ita *Decian. lib. 7. cap. 29. nu. num. 13. Mar. Italia lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 41. & alij cum eodem Graſſet. §. 20. num.* 29. ſupponentes proditionem, eum tamen gaudere immunitate, cum non ſit homicida phyſicus, qualis eſt carnifex, qui non gauderet, ſi ſciret innocentem eſſe ab eo occiſurum.

Quærés 40. An reuelans adulterium vxoris eius marito, ex hoc ſecuto homicidio vxoris, ſit reus proditionis commiſſæ à marito?

Digitized by Google

149 ℞. Affirmatiue, quia efficaciter influit in proditorium à marito commiſſo in perſonam vxoris, cum qua nec rixam, nec rancorem habebat, ſed amicitiam ex ea reuelatione cognitam coloratam, & ſimulatam. Et facit illud, qui eſt cauſa cauſæ; eſt cauſa cauſati, nam ea reuelatio in cauſa fuit homicidij proditorij. Ita *Graſſet. ſ. 20. num. 32.* bene dicens gaudere immunitate, cum ſit proditor tantum moralis.

Quæres 41. An ratificans necem proditoriam ſit proditor?

150 ℞. Eſt quia cum peccet ratam habendo proditionem non poteſt dici culpabilis, niſi eo genere peccati, quo occiſor, qui nomine eius proximum interfecerat, cum illius prauæ voluntatis approbatio aliunde malitiam non accipiat, niſi à proditione. Ita *ex Cantera in quæſt. crim fol. 82. Graſſet. ſ. 20. num. 34.* Non tamen priuatur immunitate, cum ſit proditor tantum moralis, ibidem num. 37.

Quæres 42. An maleficus per ſortilegium necando dicatur proditor?

151 ℞. Sic, quia huiuſmodi mulierculæ, ſe fingunt amicæ, & familiares parentibus eorum, quos maleficijs afficiunt, vel cum ipſis conuerſantur, & infantibus mille oſcula infigunt, vt decipiant eos pueros. Ita Delrius *lib. 5. ſect. 7. Verſ. Capi ſortiarius, &*

ex

*ex eo Graſſet. ſ.20.num.*41.qui num.47.affirmat, hos maleficos priuari immunitate ſi per ſe ipſos applicent remedia nociua perſonis, & inde ſequatur mors, quia cauſa eſt phyſica, ſicut, & ille qui ſuis manibus porrigit venenum ex q. 34. & 37. Non vero priuatur, ſi verbis tantum ſuperſtitioſis, rogando, vel imperando dæmoni, vt operetur mortem contra maleficiatum.

Idem auctor num. 45. Inuehitur in Bartolum, & eius ſectatores dicentes inimicitiam excludere proditorium ex illa ratione, quia occiſus poterat, & debebat cauere. Quæro (inquit) an ſi inimicus meus Capitalis,& cognitus vt talis occidat me, accerſitis in ſubſidiũ inſidijs diaboli, exiſtimẽt adhuc me potuiſſe cauere, & debuiſſe, & ideo me ab inimico meo ſine proditionis nota occiſſum fuiſſe?

Contra eſt,quia ratio conſtitutiua in opinione Bartoliſtarum nõ eſt, quia occiſus poterat cauere, & debebat,hoc enim Bartolus non docet,ſed ad conſtituendũ proditoriũ requirit amicitiam coloratam, non inimicitiam,iliis verbis; *Secus ſi eſſes mihi inimicus,ita quod eſſet rancor inter te, & me, & tunc te proditorie non percutio.* Siue ergo poſſim me cauere, ſiue non,hoc non ſpecificat proditionem,vt non ſemel probaui eliminando eã impotentiã. Quare Sortilegus tunc ſolum eſt proditor,cum fingebat amici-

tiam cũ maleficiato,vel eius parentib.ſolent enim Strigæ conuerſari familiariter domi, vbi maleficia agunt ſub ſpecie amicitiæ, ne detegantur. Quod ſi probatur,inimicitiam, rixam, aut rancorem præceſſiſſe, ſortilegus non eſt proditor, non obſtante quauis occultiſſima dæmonis fraude, & auxilio ad maleficium faciendum; quia maleficium non ſortitur nomen proditorij ex dæmonis operatione, ſecundum quam maleficium præciſe appellatur Sortilegium, ſed ex parte ſortilegi fingentis amicitiam cum offenſo à ſe, neq; enim eadem differentia conſtituere poteſt idem delictum ſub duabus diſtinctis ſpeciebus.

Quæres 43. An in abortu contingat proditorium?

152 ℞. Affirmatiue, quia nemo regulariter facit abortum niſi prægnans, & amici eius illi cooperantes,certum autem eſt, quod parentes ſuos conceptus diligunt,quod ſi poſtea eos necant,vt ignominiã euitent, vel mortis periculum ſibi imminens effugiant,manifeſtum eſt ex hoc argumentũ,quod affectus,& amicitia fuit colorata ſufficiens ad inferendum proditorium in homicidio fætus animati, nam huius tantum necatio eſt homicidium.Ita *Peregr.cap.7.de immun.n.7. Marius Italia lib. 5.cap.5.§.4. n.36. Farinac. in Append.de Immun.num.139.cum alijs Graſſet.§.21.n.1. Dal Bene par.2.cap.16.dub.20.ſect. 2.num.3.* Con-

Contrarium ſuſtinentes probant, quia fætus animatus in vtero eſt pars viſcerum matris antequam edatur, *l.* 1. *ſ. Ex hoc ff. de impect. ventr.* Nec homo dicitur, *ex l.* 9. *ff. ad leg. Falcid.* Nec ſuppoſitum numero diuerſum à matre ex affixione vmbilici cum viſceribus matris, *ex Anton. Theſauro dec.* 22. *num.* 7. multis alijs citatis, *per Graſſet. ſ.* 21. *num.* 3. Cum ergo non diſtinguatur à matre, nec ſit homo alius à matre, eius deſtructio non poteſt dici proditio proueniens ab amicitia colorata, quia nemo habet amicitiam ad ſe ipſum, cum tendat in alterũ.

154 ℞. Quod fætus animatus eſt alter homo perſonaliter, & realiter diſtinctus à ſua matre, & eius deſtructio eſt vere, & proprie homicidium, vt docui ex D. Auguſt. hic initio num. 2. & ſupponitur expreſſe in Bulla 87. *Effrenatam* Sixti V. contra aborrientes. Prægnans ergo, & alij cooperantes veneno, vel alio medio deſtruentes fætum animatum, ſunt vere homicidæ, & proditores, quia amicitia matris, & aliorum eſt ad fætum animatum, quod eſt alterum ſuppoſitum à matre. Præterea adducta ratio, quod amor ſit ad alterum, & amicitia non eſt verum vniuerſaliter, cum quolibet poſſit amare ſeipſum, & ſibi loqui.

155 Ad auctoritates adductas, reſpondetur, fætum eſſe partem matris, & hominem non dici relatiue

ad effectus legales, reſpectu quorum non ſpectatur, vt homo, quia e. g. ſolum hominibus natis datur tutor, baptiſmus, hæreditas, & ſunt ſub patria poteſtate: nihil vero horum competit nondum natis, ideo non dicuntur homines reſpectu prædictorum effectuum legalium; dicitur vero ſimpliciter homo ſecundum ſua eſſentialia ſpectatus, cum conſtet ex anima, & corpore non minus quam natus, aut adultus, ſeu ſenex. Vide Graſſet. *ſ*. 21. num. 4. 5. & 6. multa congerentem.

Quæres 44. An ſit proditor occidens infantem, & quemcumq; alium carentem vſu rationis dum occiditur, vt ebrium, furioſum, amentem, & dormientem?

156 ℞. Affirmatiue, niſi præceſſerit inimicitia, quæ cum non ſoleat accidere, ſed amicitia interuenire, occiſio erit proditoria. Confirmatur. Tum quia proditio non oritur ex conditione patientis, ſed agentis, ergo conditio non vtendi ratione non facit ad rationem proditorij. Tum quia mutua amicitia non eſt neceſſaria, vt probaui q. 7. num. 71. quia amicitia colorata, vt conſtituit proditorium ſpectatur tantum ex parte agentis, à quo tantum ſpecificatur, & non ex parte patientis. De proditoribus infantium non gaudentibus immunitate docent Dal Bene *par. 2. cap. 16. dub. 20. ſect. 2. num. 3.*

Barb.

Barb. in deciſ. Apoſtol. V. Immunitas num. 9. Lezana V. eod. num. 17. *Graſſet. ſ.* 22. *num.* 1. Idem dicendum reſpectu amentis, & furioſi, qui infanti æquiparantur. *Graſſetus nu.* 3. qui idem docet num. 5. de ebrio, & num. 6. de dormiente, etiam *Caſtropal. de Immun.* §. 8. *num.* 27. & 28. ſuppoſito, quod non fuerit inimicus illi dormienti *Diana par. 6. tract. 1. reſol. 2. verſ. Sed ergo. Bonac. in Bulla diſp. 2. q. 3. par. 16. ſ. 8. num. 3.* Tale igitur homicidium vocant proditorium, quãdo antecedentur nulla præceſſit inimicitia, ſed tãtum fingebatur amicitia. Parum ergo refert ſpectare conditionem ex parte patientis, quod careat vſu rationis, dum aggreditur, quia nihil ex parte occiſi conſtituere poteſt malitiam proditorij, cum ipſe non peccet, ſed aggreſſor, vnde in hoc ſpectanda eſt ratio, à qua oritur proditio.

157 Citandi Doctores dicunt matrem non eſſe proditricem necantem ſuum infantem, neq; proinde priuari immunitate, quia proditio non cadit contra perſonam infantis, quæ non habet velle, nec nolle; confirmatur id, quia ille dicitur proditorie occidere, qui per dolum, & inſidias occidit non præuidentem id, quod illi accidit, infans autem horum incapax eſt, & indeceptibilis ob defectum rationis. Ita ſentiunt *Bonac. cit. num. 8. Franciſcus Leo in Theſauro ſuo par. 1. cap. 13. num. 25. Maletus Maleat.*

35. *Bractea 12. Ioannes Carolus Antonellus de Regim. eccleſ. lib. 1. cap. 9, num. 8.* Quos contra ſe citat Graſſet. *ſ.* 21. num. 11. impugnando num. 12. iuxta ſua principia.

Ego autem reſpondeo ex probatis patere adductas ab illis rationes eſſe inefficaces, dum nitūtur ſuper conditionibus ipſius infantis occiſi, qui ſicut non dicitur proditor, ſed proditus, ita neq; ex eius qualitatibus accipienda eſt ratio conſtitutiua proditorij; ſed à conditione amicitiæ fictæ aggreſſoris, qui eſt proditor à quo proinde accipienda eſt ratio proditoris, & non ab occiſo, qui in ſe nullam habet rationem, per quam homicidium denominari poſſit proditorium.

Et hinc patet reſponſio ad eorum rationes. Ad primam quidem parum referre, quod infans careat velle, vel nolle, quia vt occidatur proditorie eius nullus concurrit actus poſitiuus, nec negatiuus, vnde ſi ad proditorium requireretur vſus rationis ex parte aggreſſi, iam omne homicidium eſſet proditorium in vtentibus ratione, Ad ſecundum probaui ſupra q. 11. num. 86. dolum, & inſidias non inferre proditorium, vnde parum refert, infantem eſſe incapacem inſidiarum, & deceptionis, dum hæ non conſtituunt proditorium.

Quæres 45, An mandans homicidium ſimul cum

man-

158 mandatario ſit proditor? Idem quæritur de iu-
bente, & iuſſo? Iuſſor autem differt à mandatore
in eo, quod mandans non habet ſibi ſubditum, ſed
tantum obligatum mandatarium; iubens vero eti-
am ſubditum habet eum, cui iubet.

159 ℞. Si ambo mandans, & mandatarius ſimula-
bant amicitiam cum aggreſſo, ſunt proditores ex
radice ſimulatæ amicitiæ. Quoniam autem man-
datum regulariter ſupponit inimicitiam notam
partibus, ideo mandante inimico exiſtente occiſo,
ſecutum homicidium ſpecificatur non eſſe prodi-
torium reſpectu mandantis, neq; proinde reſpectu
mandatarij, eſto is eſſet amicus fictus occiſo, quia
denominatio fit ex parte principalis, qui eſt man-
dator habens intereſſe, ideo mandatarius accipi-
ens ab eo mandatum imbibit in homicidium non
proprias conditiones, cum virtute aliena opere-
tur, ſed ipſius mandantis, ideo quale eſt homicidi-
um reſpectu ipſius, tale quoq; eſt reſpectu manda-
160 tarij. Confirmatur. Tum quia amicus mei inimi-
ci, eſt meus inimicus, *cap. 1. diſt. 93. cap. Repellantur 7.
cap. Cum oporteat 19. de accuſat. Bald. in l. ſciendum ff. de
legib. Menoch. conſ. 192. num. 11.* Tum quia peccatum
161 iſtorum eſt de genere ſcandali, ac proinde ſcan-
dalizans, & ſcandalizatus cõmittunt idem pecca-
tum proditionis, vel non proditionis de communi

Sanch.

Sanch.lib.1.cap.6.num.4. ergo quale eſt homicidium reſpectu vnius, tale eſt reſpectu alterius, nempe
162 principalis, ab eo enim facienda eſt denominatio, dum fit à potiori. Tum quia vnicum eſt delictum mandantis, & mandatarij, *Maſtril. ad indultum Regij cap.29.num.4.* ergo vnius ſpeciei. Graſſetus *ſ.* 20. initio ex ſuis principijs, ponit, mandantem occidi proximum per inſidias ſiue negatiuas, ſiue poſitiuas, de quibus ſupra num. *96.* committere proditorium, non tamen priuari immunitate, qua priuatur ſolus mandatarius, quia hic ſolus eſt pro-
163 ditor phyſicus, & ſimul moralis, ille vero ſolus moralis, quem in hoc tantum ſequor; & docet etiam *Carena par. 2. de Sancto Officio tit. 12. num. 269.*
164 Ratio eſt, quia pæna inflicta facienti, non extenditur ad mandantem, *Sanch.lib. 3.diſput.49.num. 2. Megal.par.3.de conſ.cap.6.num.14. Bonac.q.1.de cenſur.p.6. Theſaurus Societ.par.1.de pœnis cap.10. Verſ. Sed quod*, Bulla autem Gregoriana his verbis: *Qui proditorie occiderint* loquitur tantum de Phyſico occidente, qualis non eſt mandans.

Contrarium, quod etiam mandans ſit reus immunitatis, docent *Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3.cap.11.num.16. Layman lib.4.tract.9.cap. 3.num. 9.cum alijs apud Graſ-*
165 *ſet contra ſe ſ. 20.num. 6.* Probant illi ex Reg.72. in 6. *Qui facit per alium, perinde eſt, ac ſi per ſe ipſum faceret.*

ceret. Et in cap. Mulieres 6. §. illi vero, de ſent. ex- com. dicitur. *Cum is committat vere, cuius auctoritate, vel mandato delictum committi probatur.* Ergo vere, & proprie prodit, ſicut qui occidit.

℞. Primo, mandantem, & mandatarium committere quidem delictum, & ſic in ordine ad culpam non differre, quia agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur. i. ambo peccant mortaliter. Secundo ex hoc quoq; ſequitur, quod vere ambo committunt
166 ſcilicet peccatum, nam *committere* eſt proprie peccare, & tranſgredi legem ex Reg. fin. in 6. *Certum eſt, quod is committit.* i. peccat in legem, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem. Illud ergo aduerbium *vere* refertur ad veritatem actionis mandatæ nam realiter commiſit ſuo mandato delictum, ſed illud proprijs manibus non attigit, *Megal. lib. 3. de conſ. cap. 6. num. 44.*

Quæres 46. An conſulens homicidium ſit proditor cum occiſore ex conſilio?

167 ℞. Ambo ſunt proditores, ſi cum occiſo ſimulauerant amicitiam, vel ſaltem conſiliatus, ſi vero ambo erant inimici, vel ſaltem conſiliatus, non committitur ab vtroq; proditorium, patet ex illo communi fundamento, quod amicitia colorata fundat proditionem, non vero inimicitia; Quod vero proditorium ſpecificetur à conditione conſiliati,

ſiliati, & redundet in ipſum conſultorem patet ex eo, quod in ſcandalo idem eſt genus peccati reſpectu vtriuſq;, ſed reſpectu conſiliati, qui eſt amicus fictus, eſt homicidium proditorium, ergo, & reſpectu conſulentis, qui conſilium dedit committendi tale delictum, quod ſine conſilio fuiſſet proditorium, ergo tale eſt etiam reſpectu conſulentis, non enim conſilium poteſt auſerre malitiam proditorij ab amico ficto occidente, cum non deſtruat fictam amicitiam ſuo conſilio, ſed magis corroboret. In denominando igitur, & qualificando homicidium in ratione proditorij, vel in hoc excludendo in caſu conſilij attenditur potiſſimum conditio conſiliati, an fuerit amicus, an inimicus aggreſſo, ea ratione prædicta de ſcandalo, & quia denominatio fit à potiori *l. Quæritur* 10. *ff. de ſtatu hom. Gonzales ad Regul.* 8. *Cancellar. Gloſ.* 5. §. 7. *num.* 127. in cauſa autem eſt potior conſiliatus, cum ad eum ſpectet negotium, & non ad conſiliantem, qui iniquum conſilium dat amico.

Quæres 47. Quid dicendum, quando mandans, ſeu conſulens reuocarunt mandatum, ſeu conſilium, nunquid ſunt homicidæ, & proditores?

168 ℞. Reuocato mandato, & conſilio, actus externus homicidij, & proditionis non imputatur illis, quia per eam reuocationem non amplius influunt

in

in homicidium, cum aggreſſor ſua virtute independenter ab illis operatur. Eſt autem differentia inter reuocationem mandati, & conſilij, quod in illius deſtructione ſufficit, quod mandans dicat mandatario, nolo, vt amplius occidas N. in reuocatione vero conſilij, non ſufficit dicere, reuoco conſilium, ne occidas, ſed hoc verbis efficaciſſimis perſuadere debet conſiliato, ne ſuo vtatur
169 conſilio. Ratio differentiæ eſt quia mandatum eſt in gratiam mandantis, ideo ſi ipſe reuocat mandatum, ſine dubio mādatarius abſtinebit, quia in homicidio intereſſe non habet; conſilium vero è contra eſt in fauorem conſiliati, ideo cum ſit difficilioris reuocationis effectus efficax perſuaſio facienda eſt conſiliato. De hac differentia *Nauar. lib. 3. de Reſtit. cap. 4. num. 27. Salon. 2. 2. q. 62. art. 7. contr. 9. Regin. lib. 10. cap. 10. q. 1. num. 108. Azor. par. 3. lib. 4. cap. 11. q. 2. ex his Diana par. 1. tract. 16. reſol. 17.*

Contrarium, quod non ſufficiat reuocatio, niſi eradicentur etiam motiua perſuadentia vtilitatem, docent *Molina, de S. Fauſto, Malderus, Megalius apud Dianam loco citato, cum quibus eſt de Lugo diſp. 19. de Iuſt. nu. 36. Cotonius lib. 2. de Sacram. Controuerſ. 9. cap. 2. num. 57.* Ratio eſt, quia non dicitur reuocatum conſilium, dum manent motiua vrgentia illam vtilitatem, & commoditatem.

Sed

Sed contra, quia ad euitandum peccatum ſufficit reuocatio conſilij, cum ea perſuaſione indicante conſilium male datum fuiſſe, quibus poſitis conſilium vere dicitur reuocatum ex parte conſultoris, cum enim fecerit, quantum potuit ex parte ſua, abſtulit influxum, ergo conſiliatus independenter à conſilio occidit, ſed hoc agit, quia vult adimplere ſuam prauam voluntatem.

Quæres 48. An cooperantes, & aſſociantes proditorem dicantur, & ipſi proditores?

170 ℞. Affirmatiue, quia omnes iſti ſuas actiones dirigunt in idem delictum quod intendit ipſe proditor, ergo cum ipſo ſunt proditores, denominatio enim ſumitur à potiori. Procedit hoc licet non tangant aggreſſum, ſed tantum aſſiſtant illi, vt illum animent ad pugnandum, vel vt illum defendant in caſu periculi. Illi ergo qui non percutiunt aggreſſum, licet ſint proditores cum principali, non tamen ſunt tales phyſice, ſed tantum moraliter, ideo non priuantur immunitate, iuxta ſuperius dicta. Cum ergo per ſe ipſos non occidant, non priuantur immunitate, *Bonac. in Bulla diſp. 2. q. 3. p. 16. §. 8. num. 1. Diana part. 6. tract. 1. reſol. 12. fine, ex illis Graſſet. §. 20. num. 26.* Qui idem dicunt de alium deducente ad mortem proditoriam, eſt enim proditor, ſicut necans, non tamen phyſicus, ſed tantum moralis,

moralis, *cum illis Thomas Dal'Bene par. 2. cap. 16. dub. 20. ſect.* 8. contra nõnullos infra referẽdos in quæſt.

Si omnes ſimul percuſſerunt, & ſtatim obijt aggreſſus, omnes eodem modo ſunt proditores in homicidio, & priuati immunitate, quia omnes proxime concurrerunt ad mortem, eſto non omnes percuſſiones ſint lætales ſingulariter ſpectatæ, tales tamen ſunt in ordine ad tale delictum, & ſic vt proditores phyſice priuantur immunitate, ſequitur Graſſet. §. 20. num. 105.

Si vero ſinguli ſucceſſiue percuſſerunt vnus poſt alium, & obijt aggreſſus poſt vltimam Vulnerationem, in hoc caſu licet omnes ſint percuſſores proditores, ſolus tamen poſtremus dicitur homicida proditor, quia hic ſolus aggreſſus necauit dum ſuperuixit vulneribus aliorum, *ex cap. Significaſti* 18. *de homicid.* Neceſſarium autem eſt, quod in vtroq; caſu ſequatur mors immediate, aliter ægrotãs in lecto, & poſt moriens, omnes dicuntur homicidæ, quia ſinguli, & omnes influxerunt in mortem. Quia in primo, & hoc tertio caſu nullus eorum gaudet immunitate, quia contra illos verificatur exceptio Gregoriana. *Qui proditorie proximum ſuum occiderint.* In ſecundo autem caſu, vltimus percuſſor ſolum eſt homicida, cum ſuperuixerit vulneribus aliorum, ergo ille ſolus eſt priuatus immunitate, quia prodi-

171 proditoriè occidit, alij vero ſolum vulneraue-runt; actio autem Vulneratiua non priuat immunitate, ſed ſolum occiſiua, ex ʃ. 20. num. 106. contra Tancretum; qui ſubdit, ſi vnus percuſſit lætaliter primo, & alter ſolum leue inflixit vulnus, ille propriè eſt homicida, non hic, qui ſolum dicitur cooperator, qui num. 107. dicit ſi inter plures ſclopos exonerantes, ignoratur, qui infixerit tormentum lætale, omnes iſtos gaudere immunitate, cum non poſſit probari, quis fuerit cauſa mortis, propter hanc incertitudinem nnllum dici in rigore occiſorem, vnde & omnes à pena ordinaria abſoluuntur, *ex Vermigl. conſ. 39. num. 9. Cartar. de execut. ſent. Capto bannito cap. fin. num. 245. Carerius in Pract. crim. fol.* 184.

Diſplicet mihi hoc, & puto, omnes prædictos priuari immunitate, ex quo conſtat de homicidio proditorio, quod excludit ab immunitate eccleſię, pro Bulla ergo Gregoriana ſtat poſſeſſio, dum dubium non verſatur ſuper interpretatione verborũ eius, & facto homicidij, quod conſtat eſſe proditorium, ſed tantum circa actionem aggreſſorum, quænam fuerit occiſiua aggreſſi proditi.

Proponit deinde ſub num. 112. caſum ſub his verbis: Quid de quatuor conuenientibus ex compacto ad occidendum ſub colore amicitiæ, quorum vnus

occi-

occidendum teneat, alter aliorum defendentium ingreſſum armis impediat, tertius vulnus infligat, & quartus adſtet.

Tancredus de Relig.lib.4.diſp.8. q.5.nu.25.fol. 140. aſſerit, omnes carere immunitate eccleſiæ, quia omnes vere dicuntur occiſores. Negat id Graſſet. ſ.20. num. 114. dicens ſolum tertium priuari immuuitate, quia ipſe ſolus in rigore, & proprie eſt occiſor, alij vero sũt cooperatores, & ſinguli phyſice quidem agunt ſecundum proprias actiones. moraliter vero tantum reſpectu homicidij. Placet hæc reſponſio, ſed in praxi forus externus non curat de homicidio, an ſit morale, an phyſicum, ſed omnes eodem iure cenſet, & aſſerit non gaudere immunitate, quia illi ſufficit, quod conſtet de proditorio, non curando de modo, quo aggreſſores intulerunt mortem inuaſo. Qui tenuit, vel ligauit

172 occidendum puto hunc eſſe vere, & proprie occiſorem, quia potiſſimum, & proxime influxit in mortem magis, quam ille, qui inflixit leue vulnus, ex quo non fuit ſecuta mors. Et talis tenens, ſicut & ligans, bene comparantur cum pluribus, qui nauem trahunt, vere enim, & proxime nauem mouent, ita tenens, & percutiens proxime inferunt mortem, quæ potuiſſet non accidere, ſi ligatus non eſſet inuaſus.

Quæres 49. An dicatur proditor externus, qui ante mortem vulnerati, retractat ſuum delictum per pęnitentiam?

173 Contritus, ſeu ſacramentaliter abſolutus ante ſecutam mortem proditi, non incurrit homicidium externum proditorium, quo ad culpam, vtique quo ad pænam legalem non includentem rationem culpæ, conſequenter ſecuta morte, priuatur immunitate.

Prima pars de oblatione culpæ patet ex eo, quod contritio cum voto confitendi, vel ipſa ſacramentalis abſolutio delet culpam omnem, quæ conſiſtit in illa malitia, quæ animam maculauit formaliter, quæ cum ſit deſtructa per contritionem, ſeu abſolutionem, non poteſt extendi ad actum externum, dum amplius non eſt in actu interno. Confirmatur, quia peccator poſt pænitentiam non eſt amplius peccator, nec maculatus ea malitia, quæ

174 animam deturpat, *Cap. Ferrum* 18. *diſt.* 50. immo habetur, ac ſi non peccaſſet, vt docent *Bart. & Bald. in l. Imperialis C. de nupt. Megal. conſ.* 9. *num.* 8. Cum ergo malitia non amplius ſit in anima non poteſt communicari homicidio, quod tunc tale dicitur, cum anima ſeparatur à corpore.

Secunda pars de immunitate probatur, quia pęnitentia retractat ſolum ea, quę ſpectant ad culpam, & ad

ad pęnam reſpicientem peccatum, vt reſeruatio, quę, & ipſa intelligitur ſublata per pęnitentiam, vel vt melius loquar, impeditur per pęnitentiam, ne reſeruatio incurratur, dum culpa eſt iam ſublata, dum ſequitur mors, quę culpa eſt neceſſaria ad incurrendam reſeruationem, cum hęc inuoluat ſemper culpam mortalem, quę cum non ſit tempore mortis, nec erit reſeruatio, quę dependet à culpa non amplius extante. Ita in terminis noſtris. *Mazuchel. de caſibus reſeruatis diſp. 2. cap. 7. Difficult. 2. num. 147. Defendens Quadrius de caſibus reſeruatis Com. diſp. 3. cap. 7. num. 760. alijs citatis Ioſeph de Ianuario* perſpicacis ingenij *reſol. 23. de caſibus reſeruatis.*

175 Quare cum pęnitentia non retractet penas iure impoſitas, talis proditor licet pęnitens, priuatur immunitate eccleſię, per pęnitentiam ergo non tollitur pæna legalis, vt docent *Anton. Gomez lib. 3. Var. cap. 1. num. 40. concl. 1. Carena de Sancto Officio par. 2. tit. 7. num. 77.* In terminis noſtris *Graffet. ſ. 23. num. 57.* Ratio eſt, quia non eſt in poteſtate hominis priuati eludere pænas maxime tranſgreſſoris, etiam mediante pænitentia, cum hæc faciat tantum pro foro conſcientiæ.

Quæres 50. An non habens animum occidendi, ſed tantum vulnerandi, ſeu verberandi leuiter, & citra mortem, ſi ſequatur homicidium ex actione proditoria, non præuiſum poſſe ſequi, homicida dicatur, & proditor? & careat immunitate?

175 ℞. Non eſt homicida, nec proinde proditor, conſequenter debet gaudere immunitate, quandocunq; concludenter probet non habuiſſe animum occidendi?

Primum, quod non ſit homicida, & proditor reſpectu homicidij probatur, Tum quia actus agentium non operatur vltra eorum intentionem, ex vulgatis iuribus *l. Non omnis 19. ff. ſi cert. pet. l. obligationum §. fin. ff. de obligat.* ergo voluntas huiuſmodi non poteſt extendi ad homicidium, quod non intendebat expreſſe verberator? Tum quia percuſſio in ſe ſpectata eſt leuis, non lætalis, ergo non poteſt inducere homicidium ex percuſſore, ſed aliunde habet cauſam occiſionis. Tum quia delicta voluntate diſtinguuntur, *Cap. Cum voluntate 54. de ſent. excom.* Confirmatur per ea, quæ dixi cap. 1. de homic. à num. 54.

Secundum, quod debeat gaudere immunitate, probatur, quia non competunt verba Gregorianæ: *Qui proditorie occiderint*, nam is non occidit, licet percuſſerit, is enim actus eſt omnino diuerſus ab

illo,

illo, qui dicit ſeparationem animæ à corpore, non is, qui lædit ſine morte.

Procedit hoc, & percutiens obtinet intentum, vt non priuetur immunitate, ſi probat abſuiſſe animum occidendi. Coniecturas autem probantes percuſſorem non habuiſſe animum occidendi enumerat Farinac. q. 126.

177 Prima eſt verberatio cum baculo paruo extra caput, nam in capite grauis, & multiplicata, ſuppoſita capitali inimicitia arguit animum occidendi. *Farinac. q.* 126. *num.* 128. *ad* 133.

Secunda percuſſio cum lapide non arguit animum occidendi, *ex l. Omne delictum §. Si quis commilitonem ff. de re milit. Farinac. q.* 126. *num.* 122. *&* 137. Niſi lapis ſit magnus, & ſæpius percuſſerit maxime in capite *num.* 141.

Tertia, habens plura arma, & percutiens cum minus aptis, præſumitur non habuiſſe animum occidendi, *ex eodem num.* 134. *&* 157.

Quarta, mors ſequens ex ſolo calce non præſumitur eueniſſe ex animo occidendi, ſed caſu, *ex num.* 143.

Quinta, percuſſio facta pugno non arguit animum occidendi, *ex num.* 145. Nec colaphus armata manu, *num.* 148. multo minus vacua manu, *num.* 149. licet aggreſſus cadat in terram, & moriatur, *ex num.* 147. *&* 150.

Sexta, percutiens in rixa,claua,vel cacuma,non præſumitur habuiſſe animum occidendi,quia cenſetur magis caſuale,quam voluntarium, *l. 1. ſ. Diuus ff. ad leg. Cornel.de Sicar. Farinac.q.126.num.152.*

Septima, fuſtes, funiculi, & ſimilia inſtrumenta non ſunt ſufficientes coniecturæ arguendi animum occidendi, quia de ſe non ſunt apta inferre mortem; *ex num.154.& 155.*

Octaua,ex conditione perſonæ colligitur animus occidendi, vel non occidendi, vt in amico, conſanguineo,affine,&c.*num.182.*

Nona, non præſumitur habuiſſe animum occidendi, qui ſponte comparet, vadit ad carcerem,& promptus eſt ad reſpondendum,*ex eodem Farinac.q.126. num.*207. *&* 208.

Quæres 51. An non habens expreſſe voluntatem occidendi, præuidens tamen periculum, calcans manum lætaliter vulnerat, ſit homicida proditor carens immunitate?

178 R. Eſt vere, & proprie proditor homicida, ac proinde caret immunitate. Primum ſuadetur ex cap.fin. de homic.in 6.Vbi mandans cum expreſſa prohibitione, ne occidatur,nec mutiletur,ſed tantum verberetur, fit irregularis,quia mandando fuit in culpa,ergo à fortiori ille,qui ſibi quaſi prohibet occiſionem, quam præuidet, ſub dubio forſan

futu-

futuram. Nam ex illa præuiſione non ſolum dicitur occiſor in cauſa, ſed etiam in ſe, nam noluit occiſionem, dum de ea timebat, & nihilominus voluit percutere, nam volens antecedens, præuidendo futurum periculum vult etiam periculum non ſolum in cauſa verberationis, ſed etiam in ſe, dum fertur in vtrunq; maxime cauſa, hoc eſt, verberatione exiſtente lætali, hoc enim complexum præuiſio, & lætale conſtituunt homicidium volitum in ſe, & in cauſa neceſſaria mortis productiua, & hoc factum lætale confirmatur eo axiomate. Proteſtatio contraria facto non releuat proteſtantem, cum implicet eũ nolle mortem, qui lætaliter ferit. Secundum igitur de carentia immunitatis manet probatum ex dictis, nam reuera iſte proprie occidit, ergo debet manere priuatus immunitate. Graſſet. ſ. 23. num. 82. ait gaudere immunitate, ſi probet expreſſam nolitionem homicidij, ratio eius eſt, quia ad ammiſſioné immunitatis requiritur, quod proditor ſit talis non ſolum in cauſa, ſed etiam in ſe, qualis non eſt iſte aggreſſor cum expreſſo animo non occidendi. Ego autem id non approbo, quia reuera eſt occiſor ad tenorem Gregorianæ, quæ ſicut non diſtinguit inter occiſionem volitam in ſe, & in cauſa, ſed abſolute loquitur, ita neq; nos diſtinguere debemus, vt dicunt vulgata iura, cum

Digitized by Google

vterq; modus inferat occiſionem phyſice, & proprie dictam.

Quæres 52. An qui intendens occidere proditorie, ſed ſolum leuiter vulnerauit cum præuiſione mortis ſecuturæ ob incuriam ſeruientium ægroto, vel defectu medicamentorum, vel ex alio accidenti, vel etiam ſine tali præuiſione mortis ſecuturæ ex dictis accidentibus gaudeat immunitate eccleſiæ?

179 ℟. Priuatur, quia animo, & facto illius percuſſionis licet leuis proximum occidit; lex enim aptatur illis, quib. verba cōueniunt, *l. Dies* 4. §. *Totus ff. de damno infecto, c ap. In demnitatibus* 47. *de elect. in* 6. *§. fin.* ergo cum verba Bullæ. *Qui proditorie occiderit* aptentur huic percuſſori adaptatur etiam legis diſpoſitio, quæ ſcilicet illum priuat immunitate, cum ſit animo, & facto homicida; nec excuſatur ab illa leui percuſſione, quia ab ea orignatur mors illis accidentibus, adiunctis cooperantibus cum percuſſione mortem, quæ non accidiſſet, ſi ea percuſſio non præceſſiſſet.

Graſſet. *ſ.* 23. num. 89. idem affirmat, ex eo, quod mors intenta fuit in ſe, & in cauſa, atq; in circunſtantijs præuiſis; ſubdit tamen num. 93. quod in dubio, an mors proceſſerit à vulnere, an ab alio extrinſeco, iudicandum pro immunitate, hoc eſt, ipſum gaudere immunitate, cum ſit anceps occi-

ſio,

ſio, licet conſtet de morte, ignoretur tamen cauſa ne fuerit percuſſor. Ita puto, ipſum loqui illis verbis *Iudicandum pro immunitate*. Hoc tamen mihi non placet, ſed puto, vt ſupra, percuſſorem eſſe omnino priuatum immunitate, quia reuera conſtat, ipſum fuiſſe cauſam mortis cum illis adiunctis, non eſt ergo anceps cauſa mortis, cum non poſſit reuera dicta leuis percuſſio excludi à cauſa mortis productiua.

Quæres 53. An vulnerans lætaliter proditorie cum animo occidendi, priuetur immunitate, ſi à fulmine, à ruina domus, &c. ſuccedat mors?

180 ℞. Affirmatiue, quia proprie eſt cauſa mortis ſimul cum illis accidentibus, ergo proditorie occidit ad mentem Gregorianæ. Confirmatur, quia non gaudet immunitate leuiter percutiens licet habuerit animum occidendi ex præced. quæſt. ergo à fortiori priuatur, qui grauiter percuſſit. Graſſet. §. num. 83. dicit, hunc eſſe admittendum ad immunitatem, ea ratione, quia quamuis poſuerit ex parte ſua totum id, quod requirebatur ad homicidium proditorium, quod certo euenturum erat iam iam ex vi lætalis percuſſionis, non fuit tamen in re homicida, cum effectus mortis, à quo pendebat complementum, & denominatio homicidij non proceſſerit ab ipſo vulnerante, ſed ab alia

alia cauſa diuerſa ab vulnerante, quæ ipſum effectum per ſe ſola, & ſine vlla cum præillatis lætalibus plagis connexione fuit operata.

Contra eſt, quia reuera mors ab vtroq; procedit,& à cauſa libera,& à naturali, cum vtraq; influat in ſeparationem animæ à corpore, vulneratio,quidem cum adhuc vigeat, & non ſit ſanata, vnde cum ſit lætalis, non poteſt, non producere lætum ex parte ſua; cauſa vero naturalis accelerando mortem, quæ forſan non tam cito accidiſſet. Et hic caſus confirmari poteſt per traijcientem nauem ſimul cum alijs, & equo, nam reuera omnes producunt effectum traiectionis nauis per aquam, & perficiunt curſum, licet vnus alterum præceſſerit, hæc enim ſucceſſio non tollit, quin effectus ſequatur ab vtriſque, ergo ſimiliter idem dicendum eſt in caſu noſtro, licet vna cauſa ſuccedat alteri,nam ſimul finiunt curſum vitæ vulnerati,dum Vulnus viget,& operatur ſimul cum cauſa naturali mortem. Confirmatur ad hominem,quia ipſe Graſſet.*f.*23. num.89.dicit, vulnerantem leuiter, habentem tamen voluntatem occidendi, morte ſecuta ex alijs cauſis cum præuiſione, &c. priuari immunitate,vt dixi in præcedenti quæſtione, ergo à fortiori priuatur in hoc caſu, in quo Vulneratio eſt lætalis. *Subdit num.* 85. Quod ſi dubium ſit,an in prædicto

caſu

caſu mors tribuenda ſit antecedenti cauſæ liberæ, an ſub ſequenti naturali? Dicit, pronuntiandum eſſe pro immunitate, pro qua ſtat poſſeſſio, donec certo conſtet, mortem pependiſſe à causa libera proditrice, iura enim requirunt proditricem occiſionem. Sed tale dubium fruſtratorium eſt, cum manifeſte conſtet, vt ſupponitur, vulnerationem fuiſſe lætalem, ac proinde intuliſse mortem ſimul cum causa naturali, quæ à se non potuit excludere conſortium cauſæ liberæ in effectu percuſſionis, nondum ſanatę, ſed ſucceſſiue inducentis ad mortem acceleratam per causam naturalem.

Quæres 54. An occidens Petrum, quem credebat eſse Paulum, cum quibus ſimulabat amicitiam, ex hoc errore, ſit proditor, an excusetur à proditione, & carentia immunitatis? Probaui cap. 1. de homicid. à num. 96. ad 110. imputari ſolum actum interuum homicidij, non autem externum, quia non eſt intentus, nec in se, nec in causa, cum praua intentio reſtricta ſit ad vnum. Hic autem quęritur an talis error excuſset à proditione occidendo vnum amicum loco alterius non intentum? non præuiſum?

181 ℞. Non eſse proditorem, quo ad actum externum, ſed tantum quo ad actum internum, quia malitia interna proditionis non communicatur actui

externō

externo ſecuto, quem non intendebat, nec illi, quem intendebat, cum non euenerit;cum ergo talis actus externus eam malitiam non participet, proditorius eſse non poteſt; Et id procedit in foro conſcientię. Quod vero ſpectat ad forum externum, homicidium cenſetur proditorium, cum ſit factum ab amico ficto, & cum occidens vnum loco alterius ex errore etiam inuincibili id probare non poſſit,cum factum clamet contra ipſum,idcirco cum non poſſit se defendere, habetur pro priuato immunitate eccleſię, vt probaui cap. 1. quæſt. 4. dub. 3. num. 47. vbi attuli differenti-
182 am inter legiſlatorem,& occiſorem,nam legiſlator intendit ſub ſua lege comprehendere omnes homines quidem ſingulares, quia homo in communi non datur extra ſingularia, pręſcindendo tamen ab hoc, vel illo in indiuiduo, de ratione enim legis eſt, vt ſit vniuerſalis, & communis omnibus indifferenter,& non magis reſpiciens vnum,quam alterum. Intentio vero occiſoris ſemper terminatur ad vnam numero perſonam, & non ſe habet indifferenter, cum in actione occiſionis ſemper moueatur ab eo determinato homine, quem intendit occidere.

183 Hin fit, quod ſic proditorie occidens incurrit priuationem immunitatis, quia lex non reſpicit

hunc

hunc numero hominem, ſed omnes homines ſingulares indifferentei, ne quis eorum prodatur ſub pæna priuationis immunitatis. Poteſt ergo ſtare, quod homicidium externum non ſit proditorium in foro conſcientiæ, & quod pro tali habeatur in foro externo, dum non poteſt probari error perſonæ; & ſub hac ratione poteſt dici homicidium eſſe voluntarium proditorium ad intentum iuris, vt occiſor incurrat priuationem immunitatis. Et ita ſentit Graſſet. *§*. 23.num.37.& 38. licet in ſequentibus velit, homicidium externum eſſe voluntarium, quia de facto voluit occidere hominem. Intellige hominem in indiuiduo certum, & talem à ſe cognitum, & non in indiuiduo vago, vt patet ex diuerſitate intentionum legislatoris, & occiſoris, nam ille ſuam intentionem dirigit ad indiuidua vaga, is vero ſuam voluntatem prauam tendit in indiuiduum certum. Itaq; proditio in foro conſcientiæ non adeſt in actu externo, vtiq; voluntaria eſt quo ad forum externum ſufficiens ad inducendum priuationem immunitatis.

Quæres 55. An coactus occidere, ne occidatur, ſit proditor occidendo amicum ſuum?

184 ℞. Non excuſatur, ſed proditor eſt reus immunitatis, quia voluntas coacta voluntas eſt, *l. Si mulier 21. §. Si metu ff. de eo, quod metus cap. Merito 1.15.*

185 *q*. 1. ac proinde coactio non tollit voluntarium, licet illud minuat à libero, quia coactus non libenter, ſponte tamen agit, cum poſſit non agere, ergo cum homicida adhuc dicatur voluntarius proditor incurrit priuationem immunitatis. Ita *Graſſit. ſ*. 23. *num*. 86.

Quæres 56. An proditor incurrat aliquam cenſuram? Tres ſunt cenſuræ, Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum.

186 ℞. Homicida, qua proditor eſt non incurrit aliquam ex dictis cenſuris, quia cenſura, vt incurratur debet eſſe expreſſa in aliquo iure, nam eſt pœna priuatiua, quæ à iure imponitur, hæc enim non aſſeritur niſi reperiatur expreſſa in iure, *Gloſ. V. Exul cap. fin. de iure patr. Mar. Anton. lib*. 3. *reſol*. 39. *num*. 11. *&* 32. Sed nullibi reperitur cenſura inflicta in proditores, ſufficit enim quod ſint rei pœnarum contra homicidas inflictarum.

Quæres 57. An proditor fiat irregularis?

187 ℞. Negatiue ex formalitate proditionis, cum nullibi in iure reperiatur, quod proditio inferat irregularitatem, licet perſona ſit irregularis ex qualitate homicidij.

Dices in cap. 1. de homic. proditor euellitur ab altari illis verbis. *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altare meo euelles eum, vt moria-*

tur.

tur. Proditor autem tunc expellitur ab altari, cum eſt irregularis, ergo proditio inducit irregularitatem, & in illo capite agi de irregularitate dixi ſupra, *ſub num.*44. *& dictum cap. loqui* de proditoribus, tradit *Graſſet.* §.9.*num.*63.§.10.*num.*20.

℞. Ne verbum quidem de proditorio exprimitur in eo textu, vt probaui dicto num.44. in eo enim cap. ſermo eſt de homicidio facto per induſtriam, & per inſidias, quod contingere poteſt ſine proditione, vt probaui q.11. num. 97. & q.12. num.99. homicidium ergo vt ſic voluntarie mandatum, vel factum inducit irregularitatem fere indiſpenſabilem, quando procedit ex induſtria, ſeu ex inſidijs, vt dicitur in Tridentino ſeſſ. 14. cap.7.

Quæres 58. An proditor incurrat priuationem immunitatis eccleſiæ quatenus talis?

188 ℞. Eſt reus immunitatis beneficij homicida phyſicus quatenus proditor, non autem homicida tantum moralis ex mandato, iuſſione conſilio, &c. Eſt textus clarus in Bulla Gregoriana incip. *Cum alias* 7. §.3. *Qui proditorie proximum ſuum occiderint* Singulæ particulæ ſunt explicandæ.

189 *Qui* ſub hoc relatiuo comprehenditur tam maſculus, quam fæmina, maſculinum enim concipit fæmininum, *l.*1.§. *Aut prætor ff. de conſtit. perun. l. Sita* 46. *ff. de legat. & fideicom.* 2. *l. Seruis* 19. *ff. de legat.* 3.

Quod

Quod verum non ſolum in fauoribus, ſed etiam in
190 odioſis, quando materia eſt applicabilis vt ex
allegatis *à Barb. dict. Si quis 323. num. 3.* Regula er-
go quod maſculinum concipiat fœmininum, etiam
in odioſis, docent *Gloſ. V. vniuerſos cap. Generali 13.*
de elect. in 6. & Gloſ. V. cecidiſſe Clem. 2. de ſtatu monach.
Quando ſcilicet agitur de lege *ex cap. ſi quis ſuadente*
iuncto alio cap. Mulieres, de ſent. excom. clare l. 1. ff. de verb.
ſignif. Quando vero agitur cum homine, non venit
fœmina ſub odio, vt dixit Odofred. & patet *ex l. 1.*
§ ſed & ſi incertum ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. Vbi habe-
tur, quod ſi pater exheredat filium naſciturum,
non comprehendi fœminam ſi naſcatur.
191 Comprehenditur ſecundo non ſolum fidelis, ſed
etiam infidelis, vt proditores excludantur ab im-
munitate, alij vero recipiantur, vt docet Marius
Italia lib. 1. de Immun. cap. 3. ſ. 3. cum alijs contra nó-
nullos. Dal Bene *par. 2. cap. 16. dub. 10. ſect. 4.* Sed
infra quæſt. 70. habes meam opinionem. Ra-
tio eſt, quia hoc priuilegium principaliter lo-
cale eſt, quia conceſſum in honorem eccleſiæ, ut ei
deferatur, ne à ſatellitibus petulanter, & cum in-
ſolentia in graue dedecus ipſius eccleſiæ extrahá-
tur rei confugientes ad eam; huiuſmodi autem in-
iuriam eccleſia pati poteſt extractione quarúm-
cunq; perſonarum. Sed meo iudicio expeditius
eſſet

eſſet pro ipſis eccleſijs, & locis pijs tale priuilegium non habere, quia rei, & facinoroſi non confugerent ad eas, intra quas vt plurimum ſe gerunt, vt extra faciebant, vt experientia docet. Vnde non male aliqui dicunt, practicandum eſſe, quod in lege veteri præceperat Deus, vt certa loca profana pro eorum refugio conſtituerentur à Principibus in ſuis ditionibus.

Proditorie quid importet, ſatis patet iu præcedentibus, dictum enim fuit illud homicidium eſſe proprie proditorium, quod fit ab amico colorato contra ſuum amicum, nulla præcedente inimicitia, aut rancore. Parum autem refert, quod ad forũ externũ, ſi actio occiſionis malitia fuerit tantũ quo ad actũ internũ, non quo ad externum ex q. 44. & ſeq.

192 *Proximum ſuum.* Sub hoc nomine venit tantum Chriſtianus re, & nomine, excluſis infidelib catecumenis, Iudęis, Paganis, & etiã Hereticis, qui licet ſint baptizati, chriſtiani ſunt tantum ſecndũ caracterem, non ſecundũ fidei profeſſionem ſub Romano Pontifice, cui aduerſantur, & nollunt habere illum pro paſtore, non ſunt ergo proximi noſtri ſecundũ vnitatem fidei, & amatores eccleſiæ catolicæ, ergo nõ merentur eſſe participes huius immunitatis per excluſionem occidentium illos. Excluduntur ergo ſolum occidentes chriſtianos, & non

infideles. Confirmatur, quia non gaudent priuilegijs eccleſiaſticis hæretici, *Anton. Ricciullus lib. 5. cap. 20. n. 3.* de iure perſon. extra grem. ergo multo minus alij, qui nonquã fuerunt de eccleſia. Ita docent de infidelib. *Bonac. diſp. 3. de legib. q. 7. ſ. 4. n. 15. Ambroſ. cap. 7. n. 12. Diana par. 4. tract. 1. reſol. 105.* Contra *Farin. in Append. cap. 8. n. 120. Peregr. cap. 7. n. 3. Italia cap. 5. ſ. 4. n. 20. & 21. cum iſtis Dal Bene par. 2. cap. 16. dub. 20. ſect. 4.* Eo quod omnis homo alteri proximus dicitur, etiam infidelis, vt dixit Chriſtus Lucæ 18. Legiſperito quærenti, quis eſſet ſuus proximus, reſpondendo *Qui fecit miſericordiam cum illo.* Is erat Samaritanus, qui curauerat Iudæum percuſſum.

Reſp. Illum Samaritanum fuiſſe proximũ Iudæi quo ad beneficium curationis, & dilectionis, iuxta præceptum *Diliges proximum tuum,* quo venit omnis homo cuiuſcunq; ſit nationis, ſiue fidelis, ſiue infidelis. In hoc ſenſu non accipitur in materia immunitatis, in qua non agitur de dilectione, ſed de criminib. excludentib. delinquentes ab immunitate, vel recipientib. eos ad immunitatem, ſicut ergo excluſio ab immunitate priuat hoc priuilegio occidentem proditorie, ita videtur aliquo modo occiſum iuuare, vt ab immunitate excluſus facilius puniatur, quod eſt priuilegium quoddam reſpectu offenſi, vel quod non offendatur.

Occide-

193 *Occiderint*, non ſufficit vulneratio, ſeu verberatio ad priuationem immunitatis, ſed neceſſe eſt, quod ſequitur ex ea homicidium, & mors, vt inſinuat hic textus per illud verbum *Occiderint*. Eſt autẽ homicida proditor, vnus phyſicus malitioſus, qui ſcilicet, immediate de facto verberat, percutit aliquo inſtrumento, etiam veneno, & patet ex dictis ſub n. 144. & hic priuatur immunitate, ſicut etiam qui ligat, vel tenet, vt facilius, & ſecurius occidatur, ex dictis ſub n. 112. Alter occidẽs moraliter tantũ, vt qui mandatũ dat, vt ſub n. 163. qui conſiliũ dat ſub n. 167. Qui aſſiſtit ſolum, vel impedit, ne adiuuetur occidendus n. 170. Suis. n. manib. non lædunt poſitiue occidendũ, ideo dicũtur occiſores ſolũ moraliter, & iſti non priuantur immunitate, cũ proprie nõ occiderint aliquo actu inſtrumentali attingẽte perſonam. Qualis quoq; cenſetur homicida tantũ moralis, qui occidendũ deducit caute in locũ, vbi eſt occidendus; ita *Dal Bene par. 2. cap. 16. dub. 20. ſect.* 8. nã non qui obtulit medicamẽtũ, ſed qui ſuis manib. ſumpſit dicitur occidiſſe, licet dederit cauſã, *l. Item ſi obſtetrix 9. ff. ad leg. Aquil.* Aliud ergo eſt dare cauſã homicidio, aliud occidere, hoc inducit carẽtiã immunitatis non illud, dũ iura illa duo inter ſe diſtinguunt, vnde ſola imputatio, vt putauit male Peregrin. non infert priuationem immunitatis, ſed ipſamet occiſio ex textu Gregor. *Occiderint*. Quę-

Quæres 19. An & quomodo probandũ ſit occiſorem ad eccleſiã confugientẽ gaudere, vel non gaudere immunitate? Pro cuius reſolutione pono diſtinctè ſequentia dubia. *Primum*, an fiſco reũ petente Epiſcopus debeat tradere illũ curiç ſeculari? *Secundũ*, quomodo Epiſcopus procedat in extractione rei ab eccleſia, vel alio loco pio? *Tertiũ* quomodo cognoſcat, an reus gaudeat, vel nõ gaudeat immunitate? *Quartũ*, quales debeant eſſe teſtes probantes gaudere, vel non gaudere immunitate? *Quintum*, an teſtes ſint repetendi? *Sextum*, an reus, vel fiſcus appellare poſſint à ſententia lata ab Epiſcopo, quod gaudeat, vel non gaudeat immunitate? *Septimũ*, an Epiſcopus poſſit, vel debeat ſtare proceſſui curiæ ſecularis? *Octauum*, in dubio an gaudeat immunitate nec ne, quid concludendũ? *Nonum*, an reus curiæ tradendus ſit citandus ipſe an etiam eius attinentes, ſeu eius procuratorem?

194 Primo. reſpondetur, fiſco petenti homicidam Epiſcopus in primis debet per ſatellites ſuas refugam extrahere à loco ſacro cum interuentu alicuius perſonæ eccleſiaſticæ ſuæ curiç, & deducere ad carceres epiſcopales, & in eis caute, & tuto cuſtodire, interim videndo, an gaudeat immunitate, & ſi gaudet, debet illum reſtituere eccleſiæ, ſicut & tradendum eſſe curiæ ſeculari, quando conſtat, eum non gaudere immunitate. Se-

195 Secundo ſolus Epiſcopus excluſiue quo ad alios poteſt reum extrahere ab eccleſia non gaudentem immunitate, cuiuſcunq; ſit locus pius, ſiue ſuorum clericorum, ſiue laicorum, ſiue regularium, ſiue monialium, etiam in locis exemptis, & nullius ſiue ſint intra eius epiſcopatum, ſiue in loco viciniori, ex eadem Bulla, à quæſt. 86. & ſeq.

196 Tertio, in hac cognitione, vtrum reus gaudeat necne immunitate, Epiſcopus poteſt procedere ſummarie ſine iudiciali ſtrepitu ex quodam reſponſo à Clem. VIII. dato Archiepiſcopo Panormitano, *relato à Genuenſ. in ſua Praxi Neapol. cap. 94. Peregr. cap. 7. num.* 20. illis verbis: *Si tibi ſummarie, ſimpliciter, & extraiudicialiter, & quantum pro tuæ conſcientiæ informatione ſufficere videbitur.* Quod explicant Bullæ verba eiuſmodi: *Niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an ipſi vere crimina ſuperius expreſſa commiſſerint.* Sufficit ergo, quod Epiſcopo conſtet vere, reos commiſiſſe illa delicta cum ſuis conditionibus, & circunſtantijs, propter quæ excluduntur à beneficio immunitatis. Delictum autem homicidij probandum eſt cum ſuis qualitatibus reſpectu quarum reus priuatur immunitate, & non præciſe reſpectu homicidij materialiter accepti, & ſpoliati ſuis conditionibus, aliter nihil probatum eſt, qualitas enim probanda eſt ante-

197 quam procedatur ad vlteriora, *l. Non ignorat 9. C. de his, qui accuſ. Bartol. in l. 1. ff. Ne quid in flum. Curt. Iun. conſ. 124. num. 11. Oſasch. deciſ. Pedem. 165. num. 6. Sperell. dec. 79. num.* 51. Qualitas enim prætenſa in delicto probanda eſt, *Farinac. conſ. 37. num. 2.* Quando eſt cauſa alicuius effectus, *Riccius par. 3. deciſ. 152 num.* 4. vt eſt proditio in homicidio priuans immunitate; qualitas enim tranferens delictum ab vna ad aliam ſpeciem probanda eſt. *Bald. lib. 1. conſ. 98. num. 7. Sperell. deciſ.* 102. *num.* 11. Non ergo ſufficit probare actum ſine ſua qualitate, *l. Fulcinius, §. cum hic edictum, ff. ex quibus cauſis, in poſſeſſ. eat. Marſil. in Pract. §. Ee qua num.* 11. *Verſ. Vlterius, Alex. lib. 2. conſ. 224. num. 3. Pacian. conſ.* 32. *num.* 3. *cum illis Ciarlin. cap. 2. nu.* 33. In terminis noſtris de proditorio in homicidio, *Farinac. conſ. 10. num. 17. 54. & 57. Mar. Italia lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 122. & 123. Ciarlin. cap. 10. num. 61. & 114.*

198 Quarto, tunc autem Epiſcopus habet cognitionem, delictum qualificatum vere fuiſſe commiſſum, quando id ſibi conſtat per duos teſtes idoneos ſaltem ſingulares, ſi non ſunt conteſtes, probanter reum non ſolum occidiſſe, ſi reus negat homicidium, ſed potiſſimum fuiſſe illi amicum deponentes reum conuerſatum fuiſſe cum occiſo vidiſſe, & cum eo antea rancorem, nec inimicitiam habuiſſe,

buiſſe, excluſa ergo inimicitia, & probata amicitia, Epiſcopus certam habet cognitionem, reum vere proditorem probatum non gaudere immunitate, ac proinde tradendum eſſe curiæ ſeculari, vt rationibus, & auctoritatibus probat, *Ciarlin. cap.* 10. *à num.* 61. Vnde num. 65 ait, probationem delicti debere
199 eſſe concludentem, & plenam, hoc eſt, per teſtes legitimos, & non ſufficere coniecturas, præſumptiones, & indicia. *Lezana V. Immunitas eccleſ. num.* 28. *Bonac. diſp.* 3. *de legib. q.* 7. *S.* 7. *num.* 3. *&* 4. *Diana par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 38. *Guaz. Deſenſ.* 1. *cap.* 31. *num.* 9. De Plena probatione infra q. 82.
200 Quoniam autem in huiuſmodi cauſa expedienda tractatur de præiudicio ambarum partium, rei, actoris, nempe fiſci tum eccleſiæ, tum curiæ ſæcularis, ideo in probatione gaudimenti, vel non gaudimenti immunitatis, recipiendi ſunt teſtes legitimi, & idonei, ne vlli partium fiat iniuria, *Michael Ferrus in quæſt. moral. Vicarial. par.* 1. *q.* 57. Eſt enim cauſa ardua, & magni momenti quidquid dicat Graſſet. *ſ.* 23. num. 264. dicens, ſufficere quoslibet teſtes etiam inhabiles, ſupponendo falſum, id eſſe difficilis probationis, cum tamen id probare ſit facile, ideo requiruntur teſtes legitimi, vt probo infra q. 83. Citat pro ſe Ciarlin. q. 12. ſed hic agit de aſſaſſinio, quod eſt difficilis probationis, aliter ſibi

contradicit, cum oppoſitum dicat cap. 10. ſupra citatus. Quod ſi reus ad hunc effectum examinatur confitendo delictum, fateatur, ſe fuiſſe amicum occiſi, probat contra ſeipſum non gaudere immunitate, cum proditio probetur per præcedentem amicitiam, quia licet nemo dicatur idoneus teſtis in propria cauſa, tamen id intelligitur pro ſe. *l. Nullus* 10. *ff. de teſtib. l. Omnibus* 9. *C. de teſtib.* contra ſe vero dicenti creditur, tamen interrogatio debet eſſe adæquata tam circa amicitiam, quam circa inimicitiam, maxime cum agitur cum reo ignorante, & idiota.

Non eſt autem neceſſarium, quod teſtes ſint conteſtes in probatione amicitiæ, & inimicitiæ, ſed ſufficit eorum ſingularitas, vt ſi vnus deponat de conuerſatione, locutione, contractu, &c. tali die, alter vero alio die, vel quod vnus deponat, illos ſimul manducaſſe, alter vero ludum feciſſe, &c. amicitia enim, & inimicitia habent tractum ſucceſſiuum. Graſſet. *§.* 29. à num. 288. & ſubſeq. multa congerit admittendo teſtes ſingulares in terminis noſtris. Vide ſupra ſub num. 20. 21. & 22. & 305.

201 Obſeruandum eſt, quod Fiſcalis eccleſiæ debet probare reum gaudere immunitate, ſi vere gaudet illa, eo quod debet ex officio defendere immunitatem eccleſiæ. E contra Fiſcalis curiæ ſecularis

ex

ex officio ſuo debet exhibere ſua documenta, qualiter reus non gaudet immunitate, & ſic inſtare, vt reus tradatur ſuæ curiæ, vt pænam condignam recipiat, in caſu quo vere eſt proditor priuatur immunitate; inter ipſos autem Fiſcales contendentes iudex eccleſiaſticus tantum viſis vtriuſq; probationibus, id quod verum eſt definire debet.

202 Quinto, teſtes repetendi ſunt citatis reo, & Fiſco eccleſiæ, repetitio enim quandoq; multum prodeſſe poteſt reo, additione, & detractione. Ita *Ciarlin. cap.* 10. *num.* 150. *Dal Bene par.* 2. *cap.* 16. *Dub.* 44. *ſect.* 3. & infra 352. oblatio libelli, & conteſtatio litis non eſt neceſſaria num. 349. vtiq; conceſſio dilatiorum num. 348. quia hæc prodeſt, illæ non faciunt ad veritatem inquirendam, Dal Bene cit. Dub. 45.

203 Sexto, ſi iudex errauit, dicendo reum non gaudere immunitate, cum vere probari poſſit, reus appellare poteſt, pariter, ſi dixit gaudere reum immunitate, ſi contrarium reuera poteſt probari, Fiſcus appellare poteſt. Vnicuiq; enim læſo datur defenſio in ſua cauſa, ac proinde appellatio, cum hæc ſit ſpecies defenſionis. Nec obſtat textus

204 Gregorianus. *Quacunq; appellatione poſtpoſita.* Quia hęc clauſula tollit ſolum friuolas appellationes, quales ſunt, quæ nullum ſupponunt grauamen,

non

non vero vtiles ad tollendum grauamen illatum; *ex allegatis à Barbor. Clauſ. hac q. num.* 15. Ita in terminis noſtris. *Farin. in Append. de Immun. cap.* 22. *nu.* 372. *Ciarlin. cap.* 116. *num.* 88. *cum illis Dal Bene par.* 2. *cap.* 16. *Dub.* 42. *ſect.* 2. *fine Graſſet.* §. 29. *num.* 149. Contra Dianam *par.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 38. *Peregr. cap.* 16. *nu.* 33. aſſerentes Fiſcum appellare non poſſe contra ſententiam ab Epiſcopo latam in fauorem rei, quod gaudeat immunitate, ſed hoc non placet, quia appellatio non friuola, ſed vtilis nulli prohibetur; nec in hoc caſu vni concedenda eſt, & alteri non, cum relatiua, cuiuſmodi ſunt reus, & Fiſcus, non ſint ad imparia iudicandi, ex vulgatis iuribus, infra num. 354.

205 Septimo, Bulla præcipit, vt Epiſcopus per ſe, vel per iudicem ab eo deputatum, cognoſcat, an reus commiſſerit tale delictum, per quod veniat priuandus immunitate, vel ad eam admittendus, ſed qui cognoſcit, etiam probationes ſumit, *ex Farinac.* conſ. 76. Non tenetur ergo ſtare proceſſui fabricato per iudicem ſecularem. Ita docent *Farinac. in Append. de Immun. cap.* 22. *num.* 375. *Clarus q.* 30. *Verſ. Vltimo. Diana par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 112. *Ciarlin. cap.* 10. *num.* 92. *Guazin. Defenſ.* 1. *cap.* 30. *num.* 7. *&* 8. *cum alijs Dal Bene par.* 2. *cap.* 16. *dub.* 43. *ſect.* 1. Naldus V. Eccleſia num. 32. ait, Epiſcopum poſſe ſtare proceſ-

ſui

ſui Curiæ ſecularis, ſed hoc non placet, quia Epiſcopus non poteſt tradere Curiæ ſeculari reum, niſi cognito prius, an reus vere commiſſerit delictum, &c. cum ergo textus loquatur de propria, & perſonali cognitione, non poteſt vti aliena. Iterum infra 335.

206 Octauo, in dubio, an gaudeat, reſoluendum eſt in fauorem rei, ipſum gaudere immunitate eccleſiæ, ratio eſt, quia ſumma eſt ratio, quę pro religione ſtat, *l. ſunt perſonæ* 43. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* nam grandis honor eſt, eccleſiam protegere filios ſuos. Et hoc eſt maius bonum, quam punire reos, cum illud ſit ſuperioris ordinis, hoc vero inferioris. Ita *Farin. in Append. cap.* 8. *num.* 123. *fine, Marant. par.* 2. *Reſp.* 36. *num.* 11. *Reſp.* 51. *num.* 12. *Gurba. conſ.* 10. *n.* 25. *fine, Sperell. dec. ſ.* 60. *num.* 13. *ex illis Dal Bene par.* *v. cap.* 16. *Dub.* 46. *Graſſet. ſ.* 29. *num.* 162. Qui in antecedenti num. 136. proponit dubium, an fauendum ſit reo quando motiua pro reo, & motiua pro Fiſco curiæ ſecularis ſunt paria, an vero ipſi Fiſco?

207 Reſp. Fauendo eſſe reo, ob adductas rationes, non obſtante, quod aliqui dicant, Epiſcopum non poſſe quicquam reſoluere, quia intellectus ex paritate motiuorum hinc inde manet ſuſpenſus, quouſq; per ſuperuenientia motiua vna pars excedat aliam. Sed reuera id falſum eſt, quia dubium nonquam

quam poteſt confundere opiniones, dum enim ipſum ex ſuis intrinſecis ſuſpendit aſſenſum intellectus, id non poteſt cauſare in opinione, quæ ex ſuis intrinſecis eſt aſſenſus vnius partis cum formidine oppoſitæ, non poteſt ergo à ſe excludere aſſenſum, & recipere ſuſpenſionem aſſenſus. Iterum infra q. 104. num. 360. & 363.

208 Infertur ex dictis, Epiſcopum non poſſe iudicare occidentem clam, & ex inſidijs inimicum, qui ex improuiso impotens factus non potuit se defendere, iuxta sententiam Graſſeti, non gaudere immunitate, quia hæc opinio eſt paucorum, & valde minus probabilis ſententiæ oppoſitæ, quæ negat proditorium vbi præceſſit Inimicitia, & illud admittit tantum vbi præceſſit amicitia ficta, hac ergo in terminis probata Episcopus declarat, reum non gaudere immunitate; probata vero inimicitia, declarat gaudere immunitate, quia homicidium non eſt proditorium, licet factum fuerit clam, & per inſidias. Cum ergo ex diuerſitate harum opinionum Epiſcopus perplexus eſſe non debeat, nec dubius, ſed iudicare ſecundum opinionem Bartoli, contra Graſſetum, eo quod fauendum ſit religioni in tali caſu.

209 Nono demum, in cognitione huius causæ citandus eſt Fiscalis eccleſiæ, & ipse reus antequam

tradatur

tradatur curiæ ſeculari, vt poſſit ſe defendere ab illa traditione, ſi forſan gaudet immunitate. Et ita docent *Farin. in Append. cap.22.nu.376.& conſ.* 168. *num.*48.*Peregr.cap.*3.*num.*9. *Bonac.p.*7.*de immun.num.* 10.*Diana par.*4.*tract.*1.*reſol.*112.*ex his Dal Bene par.* 2.*cap.*16.*dub.*44.*Graſſet.in Addit.num.*158. Contrarium tenent Gonus *q.* 2. *de immunit. num.* 3. *&* 11. *Gratian cap.*596.*num.*6. *Giurba conſ.*10.*num.*28.*Anton. Nouarius in Summa Bullar. tit. de Immun. num.*96.*Sperell. dec.* 101.*num.*53. *Guaz. Defen.* 1.*cap.* 31.*num.*9. Quorum opinionem non probo, quia reuera huiuſmodi cognitioni poteſt ſub eſſe falſitas, & deceptio, ergo reus citandus eſt, vt poſſit ſe tueri, agitur enim de periculo eius vitæ. Iterum infra 342.

Quæres 60. An ratio proditorij ſuperaddat homicidio nouam ſpeciem malitiæ?

210 ℞. Proditionem non dicere nouam ſpeciem malitiæ diſtinctam ab homicidio, ſed tantum notabiliter aggrauare homicidium. Probatur, quia homicidium non eſt capax ſuperadditionis malitiæ ſpeciei nouæ, niſi quando ex parte occiſi relucet aliqua ſpecialis virtus, cui propria opponatur malitia ex læſione eius virtutis, ſed nulla ſpecialis virtus relucet ex parte occiſi, præter læſionem iuſtitiæ commutatiuæ, ergo proditio non dicit nouam ſpecie malitiam in homicidio. *Maior patet*, nam

e. g.

e. g. homicidium clerici nouam admittit malitiam ſpecie diſtinctam, nempe Sacrilegium, quia ſimul cum occiſo læditur virtus religionis clericalis. Similiter nouam addit parricidium, quia cum perſona conſanguinea læditur virtus pietatis, cui opponitur impietas parricidij. Idem dic de homicidio commiſſo intra eccleſiam, læditur enim locus ſacer, & ideo appellatur sacrilegium. *Minor conſtat*, quia nihil eſt aſſignabile ex parte occiſi, niſi læſio ipſius contra iuſtitiam commutatiuam, deſtructio scilicet iuris se tuendi, quod non importat ſpecialem virtutem, præter ipsam commutatiuam iuſtitiam, quam occiſor lædit, dum ius alienum deſtruit. Graſſet ſ. 28. *cum Azorio par.* 3. *lib.* 2. *cap.* 18. *fine, Florino, caſu* 4. *initio num* 9. *&* *Filliucio ſuper* 4. *Decal. præceptum cap.* 6. *num.* 115. *&* *Paſſerino ibidem ab eo allegato num.* 5.

Docet, proditionem nouam ſpecie malitiam addere homicidio in confeſſione aperiendam. Probat *primo*, ex multiplicitate, grauitate, & diuerſitate Sancitorum contra proditores, ex quibus elicitur argumentum malitiæ in homicidio non limitatę ad gradum intenſiuum intra eandem ſpeciem malitiæ homicidij. Probat *ſecundo*, ex iure, quod aggreſſus habet se defendendi reſtrictum ad hoc, quod homicidium, vt ſic opponitur iuri ad fruendū vita, quatenus vero proditorium opponitur iuri

ad

ad tuendum vitam, quæ duo iura ſunt formaliter diuerſa, ac proinde conſtituunt duas iniurias formaliter diuerſas. Dominij diuini in vitam hominis, quod pertinet ad primum ius, non habetur ratio, quando occiſio hominis dicitur iniuſta, ſed ſolius iuris hominis occiſi. Quando obiectum, & circumſtantia opponūtur eidem virtuti, & eodem modo, circunſtantia adueniens non tribuit obiecto nouam ſpeciem malitiæ, ſed ad primam malitiæ ſpeciem pertinet, *ex num.* 40. *&* 45. Cum ergo ius tuendi ſit ſpecie diuerſum à iure conſeruandi ſe, quod eſt ſub dominio Dei, nouam addit ſpeciem homicidio, & illud conſtituit ſub ſpecie proditionis.

Demum ſub nu. 5. refert in confirmationem ſuę opinionis Reſponſum D. Paſſerini ſub his verbis: *Probabiliſſimum mihi eſſe, quod addat nouam malitiam ſpecie diſtinctam. Homicidium enim proditorium, quatenus tale propriè eſt, propriè etiam lædit ius vnicuiq; competens ad ſuam vitam tuendum, nec non ſimul, & ſemper imbibit quoq; perfidiam aliquam contra præcedentem amicitiam, ſaltem in genere, vel ſignificationem, vel præſumptionem.*

Ad primum argumentum reſpondetur ex multiplicitate, & grauitate pænarum nihil probari ſuperadditum ſpecie, nam ab affectibus, nec ex pænis oritur ſpecies in delictis, ſed aliunde cognoſcitur, deinde

inde

inde contra proditores aliam non inueni pænam niſi priuationis immunitatis. Ad secundum dico, ab illo iure se defendendi, non poſſe colligi hanc nouam ſpecie malitiam conſtituentem proditorium in ſpecie ab illis homicidijs diſtinctum, quia illud ius se defendendi innatum eſt omnibus hominibus, ergo vt commune omnibus hominibus non poteſt diſtinguere proditorium ab alijs homicidijs, immo in hoc sensu omne homicidium eſſet proditorium, quia in omnibus hominibus læditur hoc ius per occiſionem.

Quod pertinet ad D. Paſſerinum nunc Illuſtriſs. Conſiliarium à Latere Seren. Ducis noſtri, dico ipsum sapienter locutum fuiſſe, dum homicidium proditorium conſtituit in sola amicitia ſimulata secundum ſignificationem, vel præsumptionem coniunctione alicuius perfidiæ, ac proinde oriri solum ex amicitia poſitiua. Quod non admittit P. Graſſet. cui ideo non fauet.

Quæres 6. An quando non eſt locus penæ ordinariæ homicida proditor gaudeat immunitatem.

211 ℟. Homicida probatus vere proditor caret immunitate, quamuis à iudice laico non probetur per illud homicidium dignus pæna ordinaria. Ratio eſt, quia sunt duæ causæ ordinariæ, in quibus proinde iudices diuerſimode procedunt, nam eccleſia-

cleſiaſticis præciſe informatur, an homicidium ſit vere proditorium ad tenorem formæ Gregorianæ, vt eum declarare poſſit gaudere, vel non gaudere immunitate; laicus vero inquirit qualitatem neceſſariam ad inferendam pænam ordinariam, vel extraordinariam, de qua nil cogitare tenetur eccleſiaſticus, cum ergo ſint diuerſi modi
212 procedendi in cauſa reſpectu diuerſarum pænarum, ab vna non infertur ad aliam. Confirmatur, quia eccleſiaſticus non torquet reum in ſua cauſa, ſicut facit laicus, Marius Italia *cap.6.§.1.num.* 81. *&* 82. *Ciarlin. cap.*10.*num.* 107. *ex illis Graſſet.§.* 29.*num.*52. Præterea poteſt homicida proditor eſſe excuſabilis à pæna ordinaria, & non gaudere immunitate, *Remig.de Gonni de Immun.fall.*13.*num.* 9.*Verſ. Credo tamen, Plazza in epitome del Ct. lib.* 1.*cap.* 19.*num.*34.*Marcus Mantua lib.*5.*obſeruat. legal.cap.*41. *ex illis Graſſetus §.* 1. *num.* 12. Contra Gurbam, & alios ab eo citatos num. 8. nihil tamen probantes. Cum Vermigl. conſilio 99. numero ſecundo tenentes, reum pænę extraordinariæ gaudere immunitate.

Quæres 62. An ad euitandum proditorium neceſſarium ſit diffidare inimicum, an id ſolum ſit neceſſarium inter amicos?

213 Reſpond. Indubitatum eſt, Georgium Cauiranum gaudere immunitate eccleſiæ, quia homicidium ab eo perpetratum contra perſonam Hieronymi Phaeli nullo modo eſt proditorium. Hoc autem probatur per reſolutionem articulorum propoſitorum, quorum

214 Primus eſt, an conſtet de inimicitia ſufficienti, ita quod prædictus Hieronymus eſſet diffidatus? Duo continet articulus, vnum de inimicitia, alterum de diffidatione.

Ad primum dico, conſtare de inimicitia Cauirani in Hieronymum, quod probatur. Tum quia inſultus cauſat inimicitiam grauem, & eius probat exiſtentiam. *Marſil. conſilio 51. numero 34. Dec. libro quinto conſilio 69. numero 15. Treuiſ. libro ſecundo dec. 28. numero quarto Farinac. libro ſecundo conſilio 126. numero vndecimo. Hondedeus libro ſecundo conſilio 33. numero 16. cum alijs Ciarlinus capitulo 178. numero nono.* Cauiranus autem à Hieronymo inſultatus fuit, dum extractus fuit ab amplexu Diaconi ſolemniter parati apud Sacerdotem proceſſionaliter deferentem Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, huiuſmodi enim extractio fuit iniuſta, ſcandaloſa, & ſacrilega, ac proinde Hieronymus fuit violator immunitatis eccleſiaſticæ, quia ex communi omnium fere Doctorum immunitas

munitas eccleſiæ non ſolum violatur extrahen-
215 do reum ab eccleſia materiali, ſed etiam ab eccleſia formali, & viuente, qualis eſt congregatio fidelium in proceſſione Sacramentali, quia proceſſionalis delatio Sacramenti repræſentat eccleſiam materialem in viuente illorum fidelium, qui illud deuote, & reuerenter comitantur, Chriſtus enim Dominus ſub illis ſpecienus Sacramentalibus eſt caput eccleſiæ viuentis; vnde Georgius ſe habet cum alijs Sacramentum comitantibus, ac ſi eſſet intra eccleſiam materialem, ſicut eſt in viuente, quæ magis æſtimanda eſt, & honoranda. Quod autem huiuſmodi eccleſia viuens in Sanctiſſimo Sacramento proceſſionaliter delato gaudeat immunitate eccleſiæ docent omnes apud Barboſam ad cap. Eccleſiæ 9. de immun. vbi refert pluſquam quadraginta Doctores num. 11. præcipue Farin. quæſtione 28. numero 11. Mirandam de ord. iudic. quæſtione 15. art. 5. concl. 2. & q. 16. art. 7 concl. 2. in fine, Martã de iurid par. 2. cap. 50. num. 33. Ambroſ. cap. 10. num. 2. Marium Italiam cap. 4. §. 10. Peregrin. cap. 4. num. 7. Dianam parte prima de immunitate reſol. 27. Quare cum non potuerit eum extrahere, & multo minus eum capere, & incarcerare, vt de facto fecit, illi intulit magnam iniuriam, ex qua ortum ha-

 buit

buit inimicitia tamquam ex inſultu ſibi facto. Et de hac violatione immunitatis eccleſiæ dubitandum non eſt, quia conſtat ex actibus Curiæ Epiſcopalis.

216 Tum quia ex læſione graui perſonæ probatur inimicitia capitalis, *Maſcard. concluſione* 898. *numero* 18. quæ paſſa fuit plures, & graues percuſſiones, *Roland. libro ſecundo conſilio* 95. *numero* 29. *Farinac. quæſtione* 40. *numero* 29. & 30. *Giurba conſilio* 84. *numero ſecundo*, & *tertio. Ciarlin. cap.* 178. *numero nono*. Conſtat autem ex dictis Actis, Cauiranum pluries fuiſſe percuſſum, in domo Hieronymi, cum archibuſijs, dum detinebatur ibidem ligatus cum magno ludibrio, & ſubſanatione.

Retentio quoque in carceribus Langhirani probat inimicitiam capitalem *ex Maſcardo cit. concluſione* 898. *numero* 22. fuit enim iniuſta, & iniqua ab initio ex cauſa ſacrilegæ capturæ coram Sanctiſſimo Sacramento. Quare dubitandum non eſt de exiſtentia, & probatione capitalis inimicitiæ, quæ contracta fuit ex tot inſultibus, percuſſionibus, traductionibus, & carceribus.

Ad ſecundum dico conſtare de diffidatione, cum dictus Georgius ſæpius minatus fuerit velle occidere dictum Hieronymum, quod peruenit ad eius aures, vt in factis, ſed nihilo fecit illas.

217

217 Adde, quod formalis diffidatio non eſt neceſſaria,quia bene ſciebat Hieronimus ex illis actibus iniurioſis ſibi feciſſe capitalem inimicum Georgium vnde non erat opus, vt vlterius certioraretur, Reg. 31. in 6. Non eſſe neceſſariam hanc formalem,& expreſſam diffidationem docent 60. Doctores, quos contra ſe citat Graſſetus ſ. 10.num.9.& 11.quia inimicitia ſatis,ſuperq;admonet aduerſarium, vt ſe præcaueat à malo ſibi imminente;nam inimicus ſemper præſumitur male cogitare de inimico, *l. Si inimicitia 9.ff.de his, quibus vt indign. Mar. Anton.lib.3.reſol.37. num.4.Farinac.q.49.num.*88. Sed de hac re iterum in 3. Articulo.

Ex hactenus dictis de inimicitia, & diffidatione tamquam certis infertur, quod ab initio dictum fuit, nempe homicidium à Georgio perpetratum in
218 perſona Hieronymi non eſſe proditorium,quia inimicitia excludit proditorium, vt affirmant, & probant 60. Doctores,& vltra,quos recenſet contra ſe Graſſet. S. X.num.9.& 11. & pro illis ſtatnit hanc concluſionem: *His præmiſſis, eum, qui occidit per inſidias inimicum, non eſſe proditorium homicidam, etiam ſi occidat à tergo,aut dormientem, aut clam è feneſtra cum archibuſijs*.Cui in hoc credendum eſt,quod ſcilicet illi 60. Doctores teneant dictam concluſionem, quia referuntur ab inimico literario; credendum enim

eſt inimico, quod vere, & fideliter referat pro ſuo aduerſario, teſte S. Hieron. epiſt. 61. ſcribente ad
219 Pamachium hæc verba: *Teſtimonium illud verum eſt quod ab inimicis voce profertur fauorabile.* S. Baſil. Homil. 21. *Ex inimicis teſtimonia à longe præſtantiora, & fide digniora.* Prædictis 60. Addo Clarum. *V. Homicidium num. 8. Sanfelic. dec. 241. num. 3. Taſſon. de antifato Verſ. 10 obſeruat. 2. num. 4. apud Baronium Effectu 14. num. 4. Proſperum Fagnanum par. 5. ad cap. Inter alia, de Immun. num. 49. Graffium lib. 1. de caſib. reſeru. cap. 14 num. 50. Defendentem Quadrium de caſib. reſer. Comi diſp. 3. caſu 7. num. 709. Ioannem Franc. de Leone in Theſauro fori eccleſ. par. 1. cap. 13. nu. 26. Thomam Hurtadum Cler. Regular. Minorum de Reſid. ſacra tom. 2. Reſol. 6. Variar. reſol. caſuum particul. §. 2. num. 2. Donatum Antonium de Marinis lib. 1. cap. 174. num. 3. Matthæum de Afflictis deciſ. 265. num. 64. Baldum in extr. Ad reprimendum V. Rebellis, à quo ſumpſit dictus de Afflictis.* Huc vſq; numerantur 70. qui docent præfatam concluſionem dictum Georgium excludẽtem ab homicidio proditorio, cuius differentia conſtitutiua eſt amicitia ſimulata, vnde excluditur inimicitia, neq; enim idem ſpecificatur à duabus differentijs oppoſitis. Sed prædictis de inimicitia videtur obſtare conditio Hieronimi, qui tunc erat officialis proclamatum, vnde videns Georgium cum armis prohibitis fecit illum

illum capere, in quo caſu non potuit eſſe cauſa inimicitiæ Georgij contra ſe, quia illum fecit capere
220 non ex odio, ſed ex neceſſitate officij ſui, vnde non fuit cauſa inimicitiæ, vt bene docet *Farinac. q. 49. num.* 72. Ergo excluſa inimicitia, ponitur proditorium ex inſidijs factum.
221 Contra autem eſt primo, quia etiam officialis, quando procedit ex officio, aut fiſco, parte non inſtante, vt in hoc caſu contrahitur inimicitia cum officiali, ex adductis ab eodem Farinac. ibidem nu. 65. Ratio eſt, quia ad contrahendam inimicitiam
222 non inſpicitur iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ, ſed illud tale præcedens, quod potuerit prouocare animum alterius ad inimicitiam, *l. 1. ff. de his, quib. vt indign. Pauorm. in cap. Repellantur, de accuſat. num. 5. Miranda de ordine iudic. q. 17. num. 78. ex cap. Non eſt crudelis 28. 25. q. 5. M. Paulus de Leone in Praxi ad liter. Panit. pa. 3. fol. 389. Verſ. Aduertendum.* conſideranda ergo eſt cauſa huius inimicitiæ potiſſimum conſiſtens in illa mala tractatione, & percuſſionibus quaſi ad mortem, quas pertulit exiſtés vinctus in domo dicti
223 Hieronymi. Secundo in iſto caſu Hieronymus ſpectari non poteſt vt officialis, quia in illo proceſſionis loco capere non poterat Cauiranum, qui immunitate eccleſiæ gaudebat, vt ſupra probatum fuit; in quo caſu habebatur tamquam perſona pri-

uata, *Gloſ. fin. in fine cap. Nouit. 7. de offic. legati per l. 3. ff. de offic. Præſid.* ideo actus capturæ, & carcerationis fuit nullus vti factus in loco exempto, vbi nullam habebat iuriſdictionem, vt potè in eccleſia viuente, vnde dicta captura, & carceratio fuit nulla, *Suarez de immun. eccleſ. cap. 13. num. 14. Caſtropal. p. 11. num. 14.* Demum officiali non competit percutere reum tam crudeliter, vt fecit, ſed capere, & bene cuſtodire ne fugiat, & reuera non poterat fugere Cauiranus à domo Hieronymi, quia ibi vinctus cuſtodiebatur. Et ex his omnibus probatum eſt, inimicitiam ſubſiſtere, non obſtante conditione officij, quæ hic pro nullo habenda eſt.

Secundus articulus eſt, an prædictum homicidium perpetratum ſit per inſidias?

Eſto concederemus, hoc eſſe factum per inſidias, quod tamen non eſt verum, adhuc excluderetur proditorium ex illis 70. Doctoribus, quorum 60. refert contra ſe Graſſet. aſſerentes occidentem inimicum per inſidias non eſſe proditorem.

224 Inſidiæ autem ſunt modi deceptorij latentes, occulti, & ignoti aggreſſo; qui ab illis non poteſt ſe præcauere, dum non præuidit modum inſidiandi, vt expectare poſt ſepem, è feneſtra; vel à tergo offendere, *ex Claro V. Homicidium num. 7. Decian. lib. 6. cap. 28. num. 15. Farin. conſ. 76. num. 7. Conſil. 168. nu. 71.*

Ratio

Ratio ergo conſtitutiua inſidiarum eſt occultatio modi, quo proximus offenditur. Id autem non apparet in Georgio, qui à longe videns inimicum exiuit à caupona, & ſtans in via publica, à quo poterat ab omnibus videri, occidit illum, coram multis, cum eſſet dies Veneris Martij, quo fideles concurrunt, & occurrunt per ſtratam, vt aiunt, magiſtralem, vt viſitent eccleſiam S. Lazari; non videtur ergo occiſus per inſidias, quia nulli ſe occultauit.

Graſſet. ꝟ. X. num. 16. citat 20. Doctores pro ſe, qui aſſerunt, ex homicidio per inſidias inferri proditorium, & probatione huius nihil aliud refert niſi cap. 1. de homic. in quo occiſor per inſidias mandatur auelli ab Altari Dei, ergo eſt proditor, id reuera inferri non poteſt, tum quia ille textus ha-
225 bet varios intellectus, & lex, quæ tales habet intellectus, non poteſt allegari in deciſionibus, cum ſit dubia *Bart. in l. ambiguo ff. de reb. dub. num. 2. Alex. l. 1. ff. ſoluto matrim. col. 2. Felin. in cap. 1. de conſtit. circa finem, Fagnan. par. 3. cap. Cum non ab homine, de iudic. num. 40.*

226 Præterea Doctores ab eo citati, cum ſint Vltramontani, videntur loqui iuxta leges illorum regnorum declarantes, occidentem per inſidias, ſiue amicum, ſiue inimicum eſſe proditorem, vt inſinuant *Sanch. lib. 6. Conſil. cap. 1. dub. 8. num. 26.* qui ſe refert

fert ad interpretes legum Regnorum. *Barb.lib. 2. de Iure eccl. cap. 3. num.* 91. qui licet initio id referat, tamen poſtea ſequitur opinionem Bartoli addu-cendo eius fundamentum, vnde Doctor referens plures opiniones cenſetur ſequi poſteriorem, dum rationes pro ea refert, *ex citatis à Fragnano part. 1. in cap. Ne innitaris de conſtit. num.* 271. Couaruuias lib. 2. Var. cap. 20. num. 7. Verſ. Tandem loquitur ad tenorem legis Regiæ, ibi: *Et præterea ex iure Regio expreſſim hac Bartoli opinio corruit.* Corruit in illis partibus, non in Italia, nec Parmæ, vbi iudicandum eſt, ſecundum hanc Bartoli ſententiam, quam dicit canonizatam eſſe in curia Romana conſ. 168. in fine lit. C. & in Addit. ad q. 18. num. 76. lib. 3. Reſponſ. Criminal. ita reſolutum fuiſſe in Regio conſilio, non eſſe proditorem occidentem à retro ſuum inimicum, multo minus occidentem à latere. Suarez de Paz loquitur de iure Regio, *vt patet apud Thomam Hurtadum tom. 2. de Reſid. ſacra Reſol. 6. Variar. reſol. caſuum particul. ſ. 2. de homicidio doloſo, & proditorio.* Decian. lib. 7. cap. 29. num. dicit ſolum: *Proditorie quem interfeciſſe, quando incautum, & de retro offendit.* Non ſe declarando, vt facit num. 25. citando per ſe Bartolum inquit: *Vt quis proditor dicatur, oportet, vel quod fidem datam frangat, vel ſimulatione inſidietur.* Muſcatellus perplexe loquitur, vt teſtatur ipſe Graſſetus.

Demum

Demum Albricius Societatis Ieſu celebris concionator in Panegirico S. Stephani pag. 8. nihil probat ad rem, quia ibi deſcribit certamen bellicum.
Itaquæ huiuſmodi Doctores, quos pro ſua opinione citat Graſſet. nullum aliud fundamentum, quam illud cap. 2. de homic. & Regiam legem; hæc in Italia non conſideratur; cap. vero 1. de homic. non probat, cum ſit varium. Immo Tridentinum ſeſſ.
227 14. cap. 7. cum fere eiſdem verbis vtatur: *Cum etiam, qui per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari euelli debeat.* Iſta excluſio nõ refertur ad priuationem immunitatis eccleſiæ, ſed ad impedimentum irregularitatis, quæ clericum repellit ab exercitio ordinum in altari. Et ex his ea opinio videtur ſpoliata ſua probabilitate in his partibus.
Tertius articulus eſt, an prædictum homicidium, ex quo commiſſum fuit, non dicto verbo, & à latere, ſeu retro ſit proditorium ad effectum excludendi illum ab immunitate eccleſiaſtica?
228 Quod Georgius nullum dixerit verbum Hieronymo ante occiſionem non probat proditorium, quia taciturnitas vtquæ negatio eſt nihil componere poteſt cum exploſione archibuſij ad arguendum proditorium. Et difficultas in articulo propoſita videtur eo tendere, vt neceſſaria ſit diffidatio ad excludendum proditorium, quam petit Graſſe-

tus

tus eodem §. 10. num. 94. vbi dicit, quod ſi inimicus aggreſſor vult vitare notam proditionis debet ipſam inimicitiam intimare aggreſſo in ipſo articulo aggreſſionis per diffidationem opportune factam. Et pro ſua opinione citat num. 95. 28. Doctores, quorum decem nominauerat pro opinione Bartoli, vt videri poteſt referendo eos ad inuicem ex num. 9. & 95. ſub §. X.

229 Ad euitandum ergo proditionem tam reſpectu inimici, quam amici, Graſſetus requirit diffidationem admonentem, vt ſe præcaueſat, & probat, quia cum impotentia ſe defendendi ſit ratio formalis conſtitutiua proditionis, poſita diffidatione tollitur impotentia, ac proinde etiam proditio; quia non dicitur incaute occiſus. Nolo pro nunc rem hanc examinare, vnum dico, impotentiam ſe tenere ex parte aggreſſi, & eſſe quid negatiuum, proditionis vero actus, & malitia ex parte aggreſſoris, quomodo ergo impotentia, quæ eſt negatio exiſtens in patiente poteſt conſtituere actum poſitiuum exiſtentem in agente? Sed vlterius probo non requiri hanc diffidationem in inimico occiſore, qui ſatis monet ſuum aduerſarium ex cauſa inimicitiæ vt ſe defendat, vt dixi ſupra. Verum quidem eſt, quod hæc diffidatio neceſſaria eſt in amico aggreſſore, vt euitet proditorium, & in hoc

ſenſu

ſenſu loquuntur Doctores ab eo citati, quorum

In primis citatur ab eo Baronius Effect. 14. de Inimic. num. 9. vbi loquitur tantum de amico his verbis: *Quod proditorie amicum vulneraſſe non cenſetur, ſi monitio interueniat, vel diffidatio, cum ſe defendere potuerit.* Et citat ad hoc Giurbam conſ. 60. num. 6. & Nouarium tit de Abolit. pragm. 2. coll. 3. num. 28 quos ambos cum Baronio citat Graſſet. pro nobis illis nu. 9. & 11. contra ſe.

Citat Matthæum de Afflictis dec. 265. num. 54. ſed eſt 64. vbi dicitur proditorie occidere ſine diffidatione, ſed loquitur de Vaſſallo contra dominum, inter quos eſt amicitia, ſed in reliquis ſequitur Bart. quem ibi citat.

Citat Farinac. q. 18. num. 77. & conſil. 132. num. 2. quo ad eam quæſtionem ſupra dixi ſe correxiſſe; & in conſil. ſupponitur in caſu præceſſiſſe amicitiam ſimulatam, ac proinde cum aggreſſum non diffidauerit fuiſſe proditorem, & cum pro ſe citauerit in num. 2. Gigas, Afflictum, quem iam vidimus eſſe nobiſcum, Cephalum, & Paridem de Puteo, videntur loqui de diffidatione ſimulati amici, vt euitet proditorium.

Citat Ioannem Carolum Antonellum de Regim. eccleſ. Epiſcop. lib. 1. cap. 9. num. 75. dicit, quod homicidium proditorium eſt non ſolum quando quis

alium

alium retro occidit, ſed etiam quando de facie ad faciem offendit incautum ſine diffidatione. Citat Riccium, qui cum eo antecedenter locutus fuerat de amico ſimulato proditore, ergo id intelligendum eſt de amico ſimulato. Præterea citat etiam Cæphalum, & Baiardum, quos pro nobis citat ipſe Graſſet. illo num. 9. vbi inimicitia ex illis ipſo teſte excludit proditorium.

Citat Baiardum ad Clarum, qui nobiſcum eſt, ergo & eius Additionator.

Citat Remigium de Gonni de Immun. fallent. 14. qui ex Baldo, & Bart. *De proditore dicit, quod vulgari nuncupatione eſt ille, qui ſine cauſa & ſine vlla diffidatione eum, qui de eo confidebat, vulnerat.* Hic ſupponit amicitiam vt notum eſt, quia inimicus non confidit, & cum cauſa occidit.

Citat Megalium par. 3. lib. 4. cap. 2. num. 18. vbi & ipſe loquitur de amico citando Bartolum ibi: *Proditorie dicitur occidere, qui ſine aliqua cauſa, & ſine vlla prouocatione eum, qui de illo confidebat, occidit, & poſt Bartolum. Immo talis dicitur, etiamſi cum cauſa hoc faciat, ſi tamen illum incautum, & à tergo offendat, vt dixit Decian. lib. 7. cap. 29. num. 19. fine.* Legendus eſt num. 24. vbi ſe explicat ſequendo doctrinam Bartoli.

Ex quibus conquaſſatur opinio Graſſeti, cum maior pars Doctorum loquentium de neceſſaria diffida-

tione

tione pro euitando proditorio, loquantur in ordine ad amicum ſimulatum, quos etiam, vt dixi, citat pro nobis. Et nullus ex his Doctoribus ponit impotentiam pro ratione conſtitutiua proditorij, ergo videtur habere modicam probabilitatem in hac ratione diffidationis reſpectu inimicorum. Et ex his patet, taciturnitatem Georgij nullo dicto verbo ante occiſionem, non conſtituere illum proditorem, cum diffidatio non habeat locum in inimico. Et ex his patet reſolutio vltimi articuli.

Quartus articulus eſt, an iudex eccleſiaſticus in hac cauſa immunitatis poſſit ſequi opinionem probabilem contra immunitatem, reiecta probabiliore, & magis communi fauente immunitati eccleſiæ?

230 ℞. Tenetur ſequi probabiliorem, & communiorem, quæ fauet immunitati eccleſiæ. Ratio eſt, quia ſumma eſt ratio, quæ pro religione ſtat *l. Sunt perſonæ* 43. *ff. de relig. & ſumpt. funer.* nam grandis honor eſt, eccleſiam protegere filios ſuos, cum hoc ſit maius bonum, quam punire reos, cum illud ſit ſuperioris ordinis, hoc vero inferioris. Eſt doctrina *Graſſet. ſ.* 29. *num.* 162. ſecuti Thomam Dal Bene *part.* 2. *de Immun. cap.* 16. *dub.* 46. in terminis noſtris, vbi citat *Farinac. in Append. de Immun. cap.* 8 *num.* 123. fine, Marantam par. 2. Reſp 36. num. 11. Reſp. 51. num. 12. *Giurbam conſ.* 10. *num.* 25. *fine, Sperell. deciſ.* 60. *num.*

num. 13. *vbi citat Turrecr. in cap. Si quis in atrio* 17. *q.* 4. *Decian. reſol.* 3. *conſ.* 80. *num.* 22. *Mar. Italia cap.* 6. *ſ.* 2. *num.* 75. *Carlin. cap.* 116. *num.* 62. *ex Giurba, & Senatu Granat. dec.* 29. *num.* 6. Vbi dicitur fauendum eſſe huic immunitati non ſolum ab eccleſiaſticis, ſed etiam à Principibus, & miniſtris ſecularibus. Diana par. 6. tract. 1. reſol. 30. fine, vbi citat Nouarium in Sum. Bullar. tit. de immun. num. 31.

231 Confirmatur, quia peccat, & tenetur ad reſtitutionem, qui relicta opinione probabiliore, & communiore iudicat ſecundum opinionem minus probabilem, & minus communem, vt docent omnes Canoniſtæ *in cap.* 1. *de conſtit. Ioan. Andr. Hoſt. Butrius, & Imola num.* 16. *Abbas num.* 15. *Felin. num.* 54. quos cum multis alijs citat Vericellus *tractu* 2. *quæſtion. moral. & legal. quæſt.* 16.

Quare cum opinio Graſſeti, & eius fautorum valde minus probabilis ſit ex hactenus adductis, & oppoſita, quod proditio oriatur ex ſola ſimulata amicitia maxime in ordine ad immunitatem, ſit probabiliſſima concludendum eſt ad fauorem Cauirani, quod declarandus ſit gaudere immunitate eccleſiæ, niſi aliud contra ipſum emergat, &c.

232 Demum non obſtat, quod teſtis, qui depoſuerat coram iudice eccleſiaſtico probans Cauiranum fuiſſe ſæpius percuſſum dum detinebatur in domo

Dulcini

Dulcini ligatus, acceſſiſſe ad iudicem laicum, & coram eo depoſuiſſe contrarium, &c. Quia reſponſum fuit hoc anno 1666. menſe Martio à S. Congreg. noſtro Parmenſi Epiſcopo, dictum Cauiranum gaudere immunitate, ac proinde reſtituendum eſſe eccleſiæ, vt factum fuit, ratio eſt, & quia non erat proditor proprie, & quia depoſitio ſecunda priori legitimæ contraria erat ſolum extraiudicialis, in hoc enim caſu iudex ſecularis non erat competens in cognitione hac, an Cauiranus gauderet immunitate. Vide Carenam part. 3. tit. 6. num. 60. Verſ. Et vere.

Quæres 63 An vnica inimici ſalutatio, aut allocutio facta tempore occiſionis inducat amicitiam talem, ex qua homicidium ſubſequenter factum contra perſonam ſalutatam dicendum ſit proditoriũ? Videtur, quod ſic Tum quia per eam ſalutationẽ finxit exterius ſe amicum illius ex Bart. in extr. Qui ſint rebelles V. rebellis n. 4. his verbis: *Proditorie dicitur aliquid fieri, quando fingo me amicum tuum, & trado te tamquam inimicum, & ſic vnum fingo corpore, aliud ſum animo.* Tum quia tanta eſt vis ſalutationis, & per eã præſumatur remiſſa iniuria, & facta reconciliatio, etiam per vnicam ſalutationem, *Graſſet. ſ.* 14. *n.* 30. multis allegatis. Quibus tamen non obſtantibus.

233 ℞. Vnicam, immo nec alterã inimici ſalutationẽ

inducere amicitiam,cuius fictio inducat proditori-um. Probatur ex Ariſt. 2.Retor.cap.4.Amicũ eſſe
234 animũ vnũ in duob.corporib.habitãtẽ.Itẽ 9.Ethi-cor.& apud *D.Auguſt.lib.4.confeſſ.cap.6.*dicitur alter ego,& *apud Orat.lib.1.Ode* 3. amicũ vocat dimidium animæ amici, *referente Sanch.lib.4.diſp.4 n.9.* Vnde in iure appellatur frater *l. Nemo* 58. *ff. de hered. inſtit.* Amicos appellare debemus non leui amicitia con-iunctos,ſed quib.fuerunt iura cũ patrefamilias ho-neſtatis familiaritatis quæſita rationib. *l.Lara* 223. *ff.de verb.ſignif.* Quare Carolus Graſſus de Effect. amic.n.24.dicit,quod amicitia ex lingua,ſeu verbo non valet,ſed aperte demõſtrari debet opere. Vni-ca ergo ſalutatio, neq;allocutio probant amicitiã, ſed ſocietas, & conuerſatio, ex eod. *Ariſt.lib.8.Ethi-cor. cap.4.n.30.cap.11.n.66.* ex Donato Acciaiolo Florentino, & lib.4.Ethic.ad Eudemum inquit idẽ Ariſt. *Neq;.n.abſq; experimento eſt,& vnius diei amicus.* Multo minus vna, aut altera ſalutatione pilea-ta, aut capitis inclinatione probatur amicitia.

Cõfirmatur id ex Bartolo anteſignano in hac materia tõ.6.in l.Reſpiciendũ 2.V.Delinquũt, de pęnis ibi: *Et ideo ſi veniens tecũ tãquã ſocius itineris nulla interueni-ente rixa te percutio non poſsũ dici cõtra te feciſſe inſultũ,ſed dicor hoc feciſſe proditorie,quia aliud gerebã in animo,quã il-lud,quod gerebã in actu. Vel ſi ſedẽs tecũ in menſa,hoc facie-bam,*

bam, vel cũ tibi eſſem amicus, vel ſaltẽ inter te, & me nullus erat rancor, percuſſi te de retro. Secus ſi eſſes mihi inimicus, ita quod ſi eſſet rancor inter te, & me, & tunc te proditorie non percutio, quia illud, quod facio in actib. oſtendebã ſcilicet, me tibi deferre velle. Patet ex his non ſufficere ſalutationẽ, nec allocutionẽ ad contrahendã amicitiam pro proditorio, ſed requiri conuerſationẽ, quæ explicatur per illa verba ſocietatis, & cõmenſalitatis, ſicut.n. vt aiunt, vna hirundo non facit ver, ita neq; vna locutio, aut ſalutatio arguit amicitiã. Dixi ſupra n. 119. Foller. ſ. Recipiantur defenſ reor. n. 2. Ad primã rationẽ ex Bart. *fingo me amicũ*, reſpondeo ex eod. loco mox allato eiusd. fingi amicitiã ex cõuerſatione, non ex ſimplici allocutione, & ſalutatione, ac proinde hæc verba ita ſunt intelligenda. Ad ſe-

235 cundũ dico ſalutationẽ non probare reconciliationem ex dictis q. 9. Verſ. Farinacius. Salutatio.n. quãdoq; importat vrbanitatẽ, qua ratione quãdoq; ſalutantur inimici, ſi.n. ambulas cũ amico ſalutante amicos, inter quos ſit etiã quidã tuus inimicus, omnes ſalutas ex cauſa vrbanitatis ne videaris inurbanus omnib.; cæterũ hic nullũ video ſignũ reconciliationis. Nec Graſſetus ex allegatis probat intẽtum; aliud.n. eſt, quod ex ſalutatione præſumatur amicitia, & reconciliatio, aliud eſt, quod probetur ad inferendũ proditorium ex amicitia ficta, de qua

non conſtat, ſed de ea tantū præſumitur. Et quod ſalutatio non arguat amicitiā colligitur etiā ex illo Eccli. 12. 10. *Et ſi humiliatus vadat curuus, adijce animū tuum, & cuſtodi te ab illo.* Qui.n. aliū ſalutat, ſe humiliat, facit.n. ſe inferiorem illo, cui incuruatur, ſimplex ergo ſalutatio, & allocutio ſunt ſimplicia ſigna, qu de ſe nō inferūt reconciliationē, nec proprie amicitiā, cū ſint ſigna generalia ad diuerſa ordinata, vnde ſi nō sūt ſpecificata per ſocietatē, aut formalia verba eā indicātia, nihil perſuadere poſſunt niſi leuiter de amicitia in ordine ad proditoriū nihil operans.

Graſſetus ſ. 16. per totū multa refert de amicitia, quā vult non eſſe formaliter cōſtitutiuū proditorij, ſed tantū illud cauſare in alio ponens rationē formalē.

236 Formo autē ex eius dictis hoc argumētū. Qualitas amicitiæ, quæ non exiſtit, dū occido amicū, denominat me operari diſformiter ab amore, quē erga occisū antea profitebar, vnde dū propoſui illū occidere, euanuit amor, & ſic in actu occiſionis amplius non eſt, ergo non poteſt inducere rationem proditorij in homicidium.

Antecedens concedo, quo ad amorem verū, ſi in me præfuit, ago.n. & denominor diſformiter ab illo, dū ago vt inimicus, & in hoc quoq; sēſu euanuit amor verus, ſi talis erat, & hic nō pertinet ad proditoriū, quod ſpecificatur à ſimulatione amoris, & amici-

tiæ;

tie;ſimulatio autem cũ ſolũ cognoſcatur ab effectu aggreſſionis,& occiſionis,ideo nego antecedẽs,cũ dicatur aggreſſor agere nõ difformiter,ſed conformiter ad amorẽ, & amicitiã nõ veram, ſed ſimulatam, quæ eſt productiua proditorij, euanuit ergo vera amicitia,ſi qua erat,& remanet fictio,& illius ſimulatio denominans homicidium proditorem, hac diſtinctione reliqua diluuntur.

Quæres 64. An occidẽs amicũ priuetur immunitate?

237 ℞. Affirmatiue, quia is eſt proprie proditor,vt probaui ſupra q. 3. num. 16. Ita omnes *cum Bonac. diſp.* 3. *de legib. q.* 7. *ſ.* 4. *num.* 14. *Peregr.cap.*7.*num.*2. 20. & 21. *Farinac.conſ.*77.*num.*7.*Ambroſ.cap.* 7.*nu.*3. *Graſſet.ſ.*14.*num.* 32. dicens, eſſe fruſtraneum implere papirum allegationibus Doctorum.

Quæres 65. An occidens inimicum ex induſtria tantum ſine inſidijs ſit priuatus immunitate?

238 ℞. Negatiue, quia induſtria non inducit proditorium, aliter omne homicidium eſſet proditorium, quia nemo occidit inſipienter,nec imprudenter,ſed cum artificio, & ſolertia ne ſuccumbat.Ita *Boer.dec.*109.*num.*19.*Gutier.lib.*1.*q.*2. *Layman.lib.*4. *tract* 9.*cap.*3.*num.*8.*Peregr.cap.*7.*num.*16.*Ambr.cap.*6. *num.* 5. *Farin.conſ.* 76. *num.* 17.*Dal Bene cum alijs cap.* 16.*dub.* 20.*ſect.* 7. De induſtria quid ſit? & quod ex ea non oriatur proditorium dixi ſupra ſub num. 99.ad 102.

239 Contrarium docent plerique cum Deciano lib. 6.cap.28.num. 15. Claro q 30. Verſ. Punctus eſt, Barb.lib.2.de iure cap.3.num.99.apud dictum Dal Bene. Alia ratione non probant, niſi per tex.cap. 1.de homic. *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias ab altari meo euelles eum, vt moriatur.* Sed is textus, cum dubius ſit, & varios recipiat ſenſus, vt docent omnes Canoniſtæ, & obſeruat

240 Doctiſſimus Fagnan.part.6.ad dictum cap.in fine ſubdens: *Exponamus igitur verbum Moriatur, i. deponatur, quod habetur inſtar mortis §. Quia ergo 2.q. 7.ſecundum Ioannem Andr. hic num.1.in V. Moriatur, & is eſt communis intellectus, vt atteſtatur Aretin.in dictum cap. Cum non ab homine num. 59. de iudic.* Cum ergo is textus ſit dubius, non eſt allegandus pro probatione, *Bart.in l.In ambiguo ff.de reb. dubijs, Sperell.deciſ. 23.num.16.* Et ego ſupra q.4.num.44.probaui nullo modo dictum textum ſpectare ad materiam proditorij, ſed ad homicidium ex animo deliberato, præſcindendo ab alijs qualitatibus proditorij, aſſaſſinij, &c. quare referendus eſt ad depoſitionem à miniſterio altaris, non ad priuationem immunitatis.

Quæres 66. An occidens inimicum per inſidias priuetur immunitate?

241 ℞. Negatiue, quia inſidiæ non inducunt proditorium;

torium,cum illæ adhiberi poſſint fere in omni homicidio præſertim extra rixam,immo & quandoq; ex rixa, & in rixa in eo caſu, in quo altercans ſine pace diſcedit ab altercante, & paulo poſt alter alterum occidit ex improuiſo.Ita *Anton.Gomez Variar. ſ.de homic.cap.3.nu.5.Vincent.Franch.dec.713. Peregr. cap.7.num.5.& 20.Ambroſ.cap.6.num.5.Bonac.diſput. 3.de legib.q.7.ſ.4.num.14.Gratian.cap.38.num.4.cum alijs Dal Bene cit.ſect.5.num.3.Caſtropal.part.2.diſp. Vn. de Reuer.p.9.num.20.*

Multi, quos contra ſe citat Dal Bene ſupra, tenent, occidétem per inſidias perdere immunitatem e.g. occidendo poſt ſepem, per feneſtram, atergo, &c. inimicitia non obſtante.Nituntur cap.1.de homic. Sed audiendi non ſunt, cum illud cap. ne verbum de proditorio,neque de immunitate agat,nec allegari poteſt,vt probaui ſupra ſub q.65.præcedenti. Inſidiæ enim non dant eſſe proditorio, vt probaui num 97.

Quæres 67. An occidens incautum nihil præuidentem, vt quia dormiebat, ſeu à tergo, &c. careat immunitatem.

242 ℞. Negatiue,quia cautio,& incautio ſunt modi ſe tenentes ex parte paſſi, & occiſi,non occidentis, ideo non ſpecificant proditorium, quod à ſola amicitia ſimulata procedit, ex probatis ſupra q. 3.

Et ita tenent citati in dub. præced. quæſt. & de communi docet *Riccius par. 1. dec. 168.* Si ergo inimicus occidatur non poteſt dici incaute occiſus, quia debebat ſibi cauere, inimicitia enim ſemper monet, cum inimicus de inimico ſemper male cogitet, ex dictis num. 10. & 54.

Quæres 68. An occidens inimicum reconciliatum careat immunitate?

243 ℞. Affirmatiue, quia vbi eſt ſimulatio amicitiæ, ibi eſt proditio, ex probatis q. 9. num. 73. ſtante enim reconciliatione nullam habet ſuſpicionem, nec occaſionem cauendi ſe, cum ex reconciliatione ſublata ſit inimicitia, & poſita amicitia, niſi ſuperueniat noua cauſa fundandi iterum inimicitiam; quia ſi ex hoc occideret non priuaretur immunitate, ſicut priuatur durante reconciliatione. Ita *Farinac. conſ. 168. num. 75. Decian. lib. 7. cap. 29. num. 23. Giurba conſ. 60. num. 15.* vbi id multis probat vſq; ad *num. 23. Barb. lib. 2. de iure cap. 3. num. 92.* ex illis *Dal Bene cap. 16. dub. 20. ſect. 3. Peregr. cap. 7. num. 10. Ciard. lin. cap. 151. num. 5. Vermigl. conſ. 93. num. 10. Graſſet. cum alijs §. 13. num. 18.*

Contrarium tenent Donatus Antonius Marinus *lib. 1. Reſol. 174. Diana part. 4. tract. 1. reſol. 63.* quos cum alijs citaui ſupra num. 83. gaudere immunitate, quia tale homicidinm non eſt proditorium, probant

bant *Primo*, quia inimici reconciliati odium vlterius durare præſumitur, ac proinde homicidium ex inimicitia proueniſſe, & ſic non eſſe proditorium. *Secundo*, amicus reconciliatus æquipollet inimico, ex citatis à Giurba num. 8. *Tertio* ex Eccleſiaſtico 12. 10. *Non credas inimico tuo in æternum.* Cum ergo non obſtante reconciliatione adhuc ſit inimicus non poteſt ſequi homicidium proditorium, ac proinde non priuatur immunitate. Quibus non obſtantibus.

245 Ad primum dico, non dari huiuſmodi præſumptionem, cum oppoſitum conſtet ex notoria reconciliatione ſecuta inter partes, effectus enim reconciliationis eſt ponere pacem, & amicitiam, & tollere inimicitiam, & odium, *Decian. conſ.* 117. *num.* 41. *Menoch. conſ.* 437. *num.* 28. *Guazin. de Pace q.* 3. *num.* 1. 2. *&* 3. *ex illis Giurba conſ.* 60. *num.* 25. qui alia via reſpondet.

246 Ad ſecundum, illa propoſitio falſa eſt, & ideo in ſuis terminis ſe perimit, & implicat, deſtruit enim inimicitiam, & per eam æquipollentiam conſeruat in eſſe, ac proinde naturam reconciliationis confundit, & corrumpit, cuius eſt tollere inimicitiam, & ponere amicitiam, ad hunc enim finem fiunt reconciliationes.

247 Et quod dicunt aliqui, ideo reconciliatum æquipollere

pollere inimico, quia repellitur à teſtificando, non probatur, quia communis ſententia, de qua teſtatur *Farinac.q.54.num.58.* docet, reconciliatum non eſſe repellendum à teſtimonio, niſi in caſu recentis reconciliationis, quæ cenſetur talis ſolum intra triduum, *ibidem num.61.* vbi dicit, eſſe id relinquendum arbitrio iudicis.

Ad tertium, illud Eccleſiaſtici nihil de reconciliato, ideo non facit ad rem, vt dixi num.83.

Quæres 69. An mandans, vel conſulens proditorium, ſed non occidens phyſice, ſecuto tamen homicidio, priuetur immunitate?

248 ℞. Negatiue, quia proprie non dicitur occidere, vt requirit Gregoriana, ibi: *Qui proditorie proximum ſuum occiderint.* Ita Carena *de S. Officio part. 2. tit. 12. num. 269. Graſſet. §. 20. initio, Peregr. cap. 7. num. 42. Bonac. q. 7. Caſtropal. p. 10. num. 8. Diana par. 4. tract. 1. reſol.* 104. quos citat, & ſequitur *Dal Bone cap. 16. dub. 21. ſect. fin. num. 5.* Vide hic q.45. num. 158.

Contrarium docent Cutellius *de Immun. lib. 1. q. 19. nu. 11. & 12. Zambellus V. Eccleſia quo ad immun. num. 10. Mar. Italia cap. 5. §. 5. num. 11. alios* contra ſe citat *Graſſet. §. 20. num. 6.* Probant ex Reg. 72. in 6. qui per alium facit, perinde eſt ac ſi faciat per ſeipſum. Et cap. Mulieres 6. §. Illi vero, de ſent. excom. dicitur. *Cum is committat vere, cuius auctoritate, vel*

man-

mandato delictum committi probatur. Si committit, ergo occidit, ſicut ille, cui mandatur homicidium.

249 ℞. Ea verba *Facere*, & *committere* accipi pro peccare, in quo ſenſu mandans, & conſulens, mandatarius, & conſiliatus peccant eodem genere peccati,

250 *Mar. Socin. in cap. 19. de foro comp. num. 25.* Mandans ergo proprie non facit, ſed tantum fictione legis, in caſibus autem fictis pœnæ latæ contra facientes, non comprehendunt mandantes, nec alij tantum moraliter agentes, vt probaui ſupra q. 45. num. 166.

Quæres 70. An ſit priuatus immunitate occidens proditorie non chriſtianum?

251 ℞. Non eſt priuatus, quia in Bulla Gregoriana illa verba *Proximum ſuum* non ſunt poſita in ſua generalitate prout ſumuntur in præcepto Decalogi. *Diliges proximum tuum, ſicut teipſum.* Et à Chriſto in Euangelio Lucæ cap. 18. ſed accipiuntur ad ſenſum cap. 15. Deuter. vbi proximi appellantur, qui in vnitate cultus diuini veri Dei ſunt, in quo ſenſu ibidem alienis dijs ſeruientes non vocantur proximi, ſed aduenæ, & peregrini; pari modo hic nomen *Proximi* accipitur pro Chriſtianis tantum, qui verum Deum incarnatum colunt, eccleſia enim his vti filijs priuilegia ſpiritualia concedit, cuiuſmodi eſt immunitas confugientium ad eccleſias. Confirmatur,

matur, quia non eſt rationabile, vt qui incapax eſt immunitatis poſſit eſſe capax, vt alter priuetur illa, cuius eſt capax; ſed nō Chriſtianus eſt incapax im-
252 munitatis, *Farinac.q.28.num.68. Couar.lib.2.cap. cap.20.num.11. Ambroſ. cap.8.num.8. Megal.par.3.lib. 4.cap.2.num.3. & 16.* Quod latius probaui de Immun.cap.9 q.2. Et ita docent *Bonac. diſp. 3. de legib. q.7.ſ.4.num.15. Diana part.4.tract.1.reſol.105. Ambr. cap.7.num.12. Verſ. Ex his, idem Bonac. in Bulla diſp.2.q. 3.ſ.8.num.5.*

Contrarium, quod occidens infidelem ſit priuatus immunitate, docent *Farinac. in Append. de Immun. cap. 8.num.120. Mar. Italia cap.3 ſ.3.num.7.cap.5. ſ.4.n. 20. Peregr.cap.7.num.15. cum illis Dal Bene par.2.cap. 19.dub.20.ſect* 4. Aliud fundamentum non habent, niſi illud Decalogi, & Lucæ 18. Quod in ſua generalitate locum habere non poteſt in Bulla Gregoriana, in qua, vt mox probatum fuit verbum *Proximi* reſtringitur ad illos, qui tales ſunt reſpectu vnius cultus veri Dei incarnati, proximi enim noſtri reuera dici non poſſunt, qui nobis aduerſantur.

Quæres 71. An occidens proditorie hęretium gaudeat immunitate?

253 ℞. Affirmatiue, qnia non eſt noſter proximus, ſed aduerſarius in Dei veri cultu, & catolicæ fidei inimicus, ac proinde infidelis, magis à nobis remotus,

tus,quam Paganus, & non Chriſtianus, ſed hi non ſunt cauſa priuationis, multo minus hæreticus,qui ſicut non gaudet pro ſe,ita neq;eſt cauſa priuationis in alijs,ex Bulla incip. *Ex parte veſtra*, Ioan.XII. Et id docent *Caſtropal. p. 9. num.* 41. *Italia cap.* 5. *ſ.* 6. *Peregr. cap.* 8. *Dal Bene cap.* 16. *dub.* 22. In terminis iſtis citati præcedenti quæſtione.

Quæres 72. An inimicus mandatarius occidendo amicum mandantis ita proditor ſit, vt priuetur immunitate?

254 ℞. Affirmatiue,quia delictum ex mandato eiuſdem eſt ſpeciei in vtroq; ex Socino cit. ſub num. 250. ſed in mandante eſt proditorium, ergo & in mandatario. Confirmatur,quia denominatio ſumitur à potiori, vti eſt mandans, qui habet intereſſe principaliter in vita occidendi,magis,quam mandatarius, ſed mandans abſolute eſt proditor ex ſimulata amicitia, ergo in mandatarium inducit eandem proditorij ſpeciem,quam ipſe mandando cōtraxit.De qua re legatur q.45.à num.159.Quod ſi mandatarius occultabit qualitatem mandati probando ſe fuiſſe occiſi inimicum, quem propria voluntate non aliena occiderat non priuatur immunitate,ex quo probatur homicidium prouenire tantum ab inimicitia.

255 Sed quid dicendum è contra, ſi mandatarius eſt amicus

amicus occidendi, & mandans inimicus? Non priuatur immunitate, ob eandem rationem, quod delictum ſpecificatur à conditione mandantis, qui cum eſſet inimicus non potuit inducere qualitatem proditorij in mandatarium, dum ille caruit proditione. Neque enim hic conſideranda eſt qualitas amicitiæ, cum non egerit in homicidio virtute propria, ſed mandantis tantum, vnde ex propria conditione non debet ſentire damnum, l. Ex mandato ff. Mandati.

Quæres 73. An idem dicendum ſit de conſulente, & conſiliato?

256 ℞. Negatiue, in hoc caſu homicidium ſpecificatur in ordine ad qualitatem repertam in conſiliato occidente, ex probatis q. 46. num. 167. Quare ſi conſiliatus erat inimicus gaudet immunitate, eſto conſulens fuiſſet amicus; eadem vero priuatur ſi occidat amicum, eſto conſulens fuiſſet inimicus.

257 Sed dices, cur in mandato delictum ſpecificatur ex parte mandantis, & in conſilio ex parte conſiliati? Ex differentia vtriuſq; nam mandatum reſpicit intereſſe mandantis, cuius virtute mandatarius operatur; conſilium vero refertur ad intereſſe conſiliati, qui propria virtute operatur. Deinde facilis eſt reuocatio mandati, difficilis conſilij.

Ideo

Ideo mirum non eſt, ſi diuerſimode homicidium ab illis ſpecificatur.

Quæres 74. An occidens veneno amicum priuetur immunitate?

258 ℞. Sic, quia eſt proditor. Id autem ſolet accidere in conuiuijs, comeſtionibus, & potationibus etiam medicinalibus, quæ non fiunt inter inimicos, ſed amicos, ideo venenatio inducit proditorium, vt probaui q. 33. Ita *Afflict. dec. 265. num. 68. Peregr. cap. 7. num. 6. Diana par. 6. tract. 1. reſol. 12. Verſ. Sed ego; Caſtropal. p. 9. num. 26. Farinac. q. 18. num. 74. Decian. lib. 6. cap. 28. num. 19. Suar. de Relig. lib. 3. cap. 11. num. 12. Dal Bene cap. 16. dub. 20. ſect. 2.* vbi quamplures citat.

Quæres 75. An conſanguinei conſanguineos prodentes priuentur immunitate?

259 ℞. Affirmatiue, quia inter eos ſupponitur amicitia, aliter ſi probatur homicidium proceſſiſſe ex inimicitia, non habet locum priuatio. Ita de infantibus *Remigius de Gonni Pallent. 14. Peregr. cap. 7. num. 7. & 8. cum alijs Dal Bene cap. 16. dub. 20. ſect. 1. nu. 3.* Non tamen credo potionem datam prægnanti infirmæ, vt ſibi conſulat, licet ſit in præiudicium fætus animati, inducere proditorium, quia per ſe, & directe non intendit mortem ſui fætus, ſed propriam ſanitatem.

Quæres

Quæres 76. An occidens in duello priuetur immunitate?

260 ℞. Negatiue, quia in duello, vbi eſt diffidatio, & condictio loci, & temporis, non intrat proditio, ex quo etiam duellatio ſupponit ortam inimicitiam. Ita *Farinac. in Append. cap. 7. num.* 117. *Diana par.* 4. *tract.* 5. *reſol.* 46. *Dal Bene cap.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 6. Dixi *q.* 18. *num.* 11.

Contrarium, quod ſint priuati docent *Correa ad cap. Cum inter, de immun. par.* 3. *num.* 19. *Barb. lib.* 2. *de iure, cap.* 3. *num.* 101. *Italia cap.* 5. *§.* 4. *num.* 42. Ea ratione, quia duellantes ſunt excommunicati, & carent
261 eccleſiaſtica ſepultura, ex Trident. ſeſſ. 25. cap. 19. Sed hæc ratio non facit ad rem, non enim licet inferre ab vna pæna ad aliam, *l. Factum* 198. *§. in pænalibus ff. de regul. iuris, cap. In pænis eod. in* 6. *Gratian. cap.* 972. *num.* 13. *Barb. Axiom.* 181. *num.* 9. Hoc genus homicidij non exprimitur in Gregoriana, nec eſt proditorium, nec aliud ex delictis expreſſis in dicta Gregoriana, ergo hæc opinio caret probabi-
262 litate, neq; enim Bulla Gregorij XIII. admittit extenſionem, dum omnia delicta redegit ſub vna forma ibidem expreſſa.

Quæres 77. An deductio amici ad locum, vbi ab alio occiditur inducat priuationem immunitatis in deducente?

263 ℞. Negatiue, quia deducere non eſt occidere, vt requirit textus. Vnde ſolus occidens amicum eſt reus priuationis immunitatis. Ita *Diana part. 6. tract. 1. reſol. 12. Verſ. Notandum* l. Contra Gonni, & Peregr. *cap.* 7. *num.* 9. Sed nullam adducunt rationem.

Quæres 78. An vulnerans amicum animo occidendi ſit priuatus immunitate, ſi non ſequatur effectus?

264 ℞. Negatiue, quia Gregoriana requirit mortem, ibi: *Proditorie occiderit*. Ita *Bonac. diſp.* 3. *de legib. q.* 7. *ſ.* 4. *num.* 16. *& in Bulla diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 16. §. 8. *num.* 7. *Italia cap.* 5. *ſ.* 4. *num.* 22. *Decian. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 17. *Peregr. cap.* 7. *num.* 13. *Farin. in Append. cap.* 7. *num.* 147. *Diana part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 4. *&* 18. *Ciarlin. cap.* 14. *num.* 19. *Dal Bene cap.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 9. *num.* 20.

Plerique tenent oppoſitum nixi cap. 1. de homic. recenſiti à Dal Bene loco citato. Sed audiendi non ſunt, etiamſi admitteremus dictum illius capitis, in quo ſit mentio de occiſione, non de percuſſione. Præterquamquod illud caput non loquitur de immunitate, ſed de alijs pœnis, vt probaui ſupra ſub num.

Quæres 79. An impingens alapam, vel cicatricem nobili ſit priuatus immunitate?

265 ℞. Negatiue, quia in Gregoriana priuatur immunitate proditorie occidens, non autem impingens alapam, vel cicatricem, aut aliter percutiens, aut aliter verberans; nec conſideratur in hoc nobilitas, ſed quod occiſus ſit proximus, nobilitas ergo ad hoc ſe habet impertinenter. Ita *Dal Bene cap. 16. dub. 20. ſect. 10. cum Decıano lib. 1. conſ. 54. num. 1. Diana par. 4. tract. 1. Reſol. 45.*

Contrarium, quod ſit priuatus immunitate, docent *Bobadilla in Politica tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 44. Villadiegos cap. 3. num. 211. Cutellius lib. 1. de Immun. q. 31. cum alijs apud Dal Bene mox citatus.* Probant, quia à viro nobili magis æſtimatur honor, quam vita; ſed ex proditorio homicidio infertur priuatio immunitatis, ergo à fortiori ex iniuria alapæ, quæ eſt contra honorem.

266 Reijcitur hæc opinio tamquam improbabilis, attenta Gregoriana in illis verbis: *Ad vnam tantum formam reducimus.* Sub qua exprimit delicta priuantia immunitate, ſub quibus non exprimitur impictio alapæ; aut cuiuslibet vulnerationis, ergo facienda non eſt extenſio, vltra prædicta. Taxatiua enim Tantum impedit extenſionem, in his terminis *Dal Bene cap. 16. dub. 18. num. 5.* late Barb. dict. hac 402. per totam. Si quis nobilem interrogaret, quod vis, alapam, an mortem? Eligeret primum,

immo

immo deberet, vt propriam vitam conſeruaret, quia maior vtilitas eſt in vita, quam in honore, qui ſoli honorato prodeſt, & vita alijs.

Quęres 80. An iudex, & teſtis prodentes innocentem ſuis calumnijs gaudeant immunitate?

267 ℞. Affirmatiue, quia non occidunt phyſice ad tenorem Gregorianæ, ſed tantum moraliter, & verbo ſententiæ iniquæ, & teſtimonij falſi. Ita *Peregr. cap. 7. num. 42. Bonac. in Bulla diſp. 2. q. 3. p. 16. §. 8. num. 4. Caſtropal. p. 10. num. 8. Diana part. 4. tract. 1. reſol. 104. ex illis Dal Bene cap. 16. dub. 21. ſect. 1. num. 5. & dub. 24. ſect. 12. num. 5.*

Alij citantur ab illis in oppoſitum, & probant, quia ſunt homicidæ. Quibus reſpondetur, eſſe homicidas moraliter, non phyſice, peccant ergo mortaliter, quia ſunt cauſa mortis iniquę innocentis, tamen non dicuntur occidiſſe ad ſenſum Bullæ Gregorianæ.

Quæres 81. An ſit priuatus immunitate proditorie percutiens, ſi percuſſus moriatur non ſtatim, ſed poſt aliquod tempus?

268 Reſpond. Si vulnus ſit lætale, & percuſſus moriatur infra quadraginta dies ab vulnere illato, percutiens caret immunitate, quia ex vulnere probatur mortem proceſſiſſe in ſententia Medicorum, vt refert Farinac. quæſt. 127. num. 46.

qui tamen num. 48. & 49. ait, id relinquendum eſſe iudicio iudicis, ſed cum iudex non ſit medicus, ſtandum non eſt illi, ſed medico, vnicuique enim in ſua arte experto magis credendum eſt, quam alij, l. Septimo 12. ff. de ſtatu hom.

Quæres 82. Qualiter Epiſcopus cognoſcere debeat, reum gaudere, vel non gaudere immunitate in ordine ad tradendum proditorem, vel alium reum, vel non tradendum curiæ ſeculari?

269 Reſpond. Extractionem rei ab eccleſia non eſſe faciendam per iudicem eccleſiaſticum, niſi ſibi plene, & concludenter conſtet delictum commiſſum eſſe de illis, quæ priuant delinquentem immnnitate. Et id multis modis probatur.

270 Primo ex textu ipſius Gregorianæ illis verbis: *Neque inde abſtrahi, Curiæque ſeculari prædicta conſignari, nec tradi poſſint, niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an ipſi vere crimina ſuperius expreſſa commiſerint*. Nam plenam, & concludentem probationem indicant ea verba *Niſi cognito*, & ſubſequentia *An ipſi vere* ſiquidem aliud eſt cognitio, aliud coniectura, nam illa importat certam, & indubitatam notitiam, quibus caret coniectura, quæ vti ſignum obſcurum modo huc, modo illuc intellectum hominis ducit, teſte experi-

perientia, & Cicerone apud Nizolium V. eodem; coniectans ergo non cognoſcit vere, ſed opinatur, quare dicta verba important plenam, & concludentem cognitionem; & cum ex illis verbis geminatis *Cognito. An ipſi vere*, referunt enim idem, maior operatio infertur, quam ex verbis ſimplicibus, *ex citatis à Rota par. 3. dec. 603. num. 3.* ſequitur quod cognitio, de qua in textu Gregoriano debeat eſſe perfectior, & ſic plena, & concludens.

271 Secundo, verbum *cognito* idem importat, quod *conſtito*, illud enim quod conſtat alicui, certe illi cognitum eſt, & quod eſt cognitum, conſtat quoq; ſed hoc verbum *conſtito* requirit probationes veras, & concludentes, non præſumptiuas, vt alijs citatis docent Theodoſius Rubeus *Clauſ. 216. num. 10. Barboſa clauſ. hac 25. num. 6. Ludouiſ. dec. 53. num. 3. ibidem Beltram.* de communi, ergo & dictio *cognito*, non enim diuerſificari debent in genere probatiuo.

272 Tertio, reus exiſtens in loco ſacro eſt certus de poſſeſſione immunitatis, ergo in eo manutenendus eſt, donec vere, & plene ac clare conſtet, eum non gaudere illa, abſurdum enim eſt, immo iniquum, & iniuſtum, quod quis priuetur iure ſuo certo per incertam, & obſcuram cognitionem, impoſſibile enim eſt, quod coniectura vincat certam

cognitionem, eſt enim contra naturam rerum, quod debilius ſuperet fortius.

273 Quarto, cognitio ordinata etiam mediate ad grauiſſimam pænam ſcilicet mortis, qua grauior inueniri non poteſt, licet non intentam à iudice immunitatis, debet eſſe certa, plena, & cõcludens, eg. fin. C. de probat. quia ea poſita mediante declaratione cõſignatur reus curiæ ſeculari morte perimendus, probato in illius foro delicto, ergo in re grauiſſima procedendum eſt per probationes plenas, ne fiat iniuſtitia reo, & iniuria eccleſiæ, quæ habet ius protegendi illum, donec plene, & plane conſtet, illum non gaudere immunitate.

274 Quinto ex l. 168. *Fauorabiliores rei potius, quam actores habentur*, ff. de regul iur. & in 6. Reg. 11. *Cum ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſt potius, quam actori.* Sed probatio per coniecturas, & præſumptiones eſt obſcura, & incerta, ac dubia, & ſic non prodeſt, *Gloſ. V. Benigne, cap. cum tu* 16. *de teſtib.* & cum ſit ambigua non releuat, *cap. In præſentia* 8. *de probat. Surd. dec.* 75. *nu.* 17. *Mar. Anton. lib.* 1. *reſol.* 110. *num.* 6. ideo per huiuſmodi coniecturas tamquam inſufficientes fauendum eſt reo, vt non priuetur priuilegio immunitatis.

275 Hæc ſententia eſt communis, & probabiliſſima, quam docent viginti ſeptem Doctores, quos Graſ-

ſet.

ſect. §. 29.num. 44. recenſet contra ſe, ac proinde credendum fideliter eos retuliſſe, teſti enim contra ſe creditur. Ita *Ambroſinus cap. 11. num. 4. Farinac. conſ. 76. num. 3. conſ. 168. num. 8. Italia cap. V. §. 1. num. 122. ad 133. & cap. 6. §. 1. nu. 80. Bonac. p. 3. fine Barb. lib. 2. de iure cap. 3. num. 168. Diana p. 3. tract. 1. reſol. 38. & par. 4. tract. 1. reſol. 112. Caſtropal. p. 13. num. 8. Dal Bene cap. 16. dub. 42. ſect. 1. num. 3. Ciarlin. cap. 10. num. 72. Sperell. dec. 101. num. 17.* vbi rem fuſe, & abundanter probat.

Contrarium, quod ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ approbantes, reum non gaudere immunitate, ad tradendum illum curiæ ſeculari, docent *Gratian. cap. 596. num. 23. Peregr. cap. 3. num. 3. Giurba conſ. 50. num. 10. & conſ. 100. eos referente contra ſe Dal Bene cit. num. 3. & Graſſet. §. 29. à num. 176.* Multis probant.

276 Primo, quia quando cauſa probanda eſt incidenter, & ſecundario in ordine ad aliud, quæuis probatio leuis, & præſumpta ſufficit, vt patet in matrimonio, quod in ordine ad effectum legitimitatis, & ſucceſſionis quæuis probatio ſufficit, *ex Gemin. conſ. 27. num. 46. per text. in cap. Cauſam, Qui fil. ſint legit. Pariſ. lib. 4. conſ. 47. num. 46. Bald. conſ. 195.* Sed præſens cauſa eſt incidens, & ſecundaria, ergo ſufficiunt quælibet probationes, & ſic non ſunt neceſſariæ concludentes.

277 R. Hanc cauſam non eſſe incidentem, ſed ex ſe principalem, licet cum relatione ad aliam, cum non ſit ſub eodem iudice, nec circa idem obiectum, cum ſint diuerſa, cum ergo hæc cauſa referatur ad immunitatem, & reſpectu iudicis eccleſiaſtici ſit omnino principalis, cum in ea eius ſiſtat iudicium, eget plena probatione, vt ſuper eam poſſit ferre ſententiam. Inſuper vbi negotia ſunt diuerſa requirentia diuerſos iudices, incidens propriè locum non habet, argumentum ergo nihil probat, cum referatur eius vis, vbi ſit translatio negotij ab vno iudice ad alium ſub eodem Principe, *Gama deciſ. 279. Gramat. dec. 362. Farinac. conſ. 168. num. 14. ex illis Ciarlin. cap. 10. num. 79. Giurba conſ. 80. num. 24.* in his terminis, ratio eſt, quia coram poſtremo iudice totum negotium adæquate, & plene probandum eſt, quod in caſu noſtro fieri non poteſt, cum cauſa immunitatis à ſolo iudice eccleſiaſtico ſit terminanda. Demum præcitati Doctores in argumento loquuntur de cauſa tantum ciuili, noſtra vero eſt quidem ciuilis reſpectu iudicis eccleſiaſtici, criminalis in ordine ad iudicem ſecularem. Cauſa ergo incidens dicitur ea, quæ ſub eodem iudice tractari poteſt.

278 Secundo probant, quia Clemens VIII. loquens de hac materia reſpondit Archiepiſcopo Panormitano,

mitano, quod ſuper qualitatibus criminis excludentibus reum ab immunitate ſufficiunt informationes ſummarie, ſimpliciter, & extraiudicialiter factæ pro conſcientiæ ſuæ informatione, referente Peregr. loco citato.

279 ℞. Conceſſo Pontificis reſcripto, non ſequi ſufficere probationes præſumptiuas, ſed neceſſario debent eſſe concludentes, quia ex Clem. 2. de Verb. ſignif. vbi de illa clauſula, non tolluntur probationes neceſſariæ, & concludentes, ſed mandantur obſeruari, *Maranta de ord. iudic. num.* 10. *Marta clau. Simpliciter, &c. Barb. clauſ.* 176. *fine.* Deinde quã do agitur de graui damno irreparabiliter inferendo quouis modo iudex procedere valeat ſiue ſummarie, ſiue plenarie, & per apices iuris incraſſando proceſſum, tunc neceſſaria eſt concludens probatio, *Speculat. de offic. omn. iud.* § *fin. num.* 18. *Bald. in l. Iudices ff. de iudic. num.* 2. *Farinac. q.* 8. *num.* 86. *ex illis Sperell. dec.* 101. *num.* 57. *Ciarlin. cap.* 10. *num.* 10. ait, & bene verba Clementis importare ſolemnitatem, quæ non tollit neceſſarias probationes, allegatis Doctoribus, quod clare habetur *ex citata Clem. de verb. ſign.*

280 Tertio probatur à Graſſet. *ſ.* 29. à num. 48. quia plena probatio eſt impoſſibilis maxime in venenatione, aſſaſinio, & proditorio, propter occultiſſi-

mam eorum perpetrationem, ergo ſtandum eſt probationi ex coniecturis,& non plenis.

281 Plenam probationem in prædictis non eſſe impoſſibilem, ſed valde facilem,& probo in proditorio,manifeſte enim,& facili negotio probatur præcedens amicitia ſimulata, quæ ſola ſpecificat qualitatem proditionis,ex dictis q. 3. à num. 16.Si probatur inimicitia excluditur proditorium ex q. 4. à num. 24. Cum ergo amicitia, & inimicitia facile probentur tollitur manifeſte impoſſibilitas, quæ falſo ſupponitur in hac re.

282 De aſſaſſinio autem eſto ſit valde difficilis illius probatio, cum ſit probandum homicidium procedere ex conuento pretio ad occidendum, tamen id non eſt impoſſibile, cum conuentio, & pactum huius generis contingat vel per ſcripturam, vel coram amicis teſtibus. Venenatio vero locum hic habere non poteſt, quia de hac qualitate in homicidio ne verbum quidem fit in Gregoriana, ideo eius obiectio non facit ad rem.

283 Reſpondetur aliter,tunc ſufficere leuiores probationes, quando agitur contra reum, qui nullum ius,nec poſſeſſionem habet circa negotium,de quo agitur;in caſu autem noſtro reus ſemper eſt in certa, & indubitata poſſeſſione immunitatis, à qua ſpoliari non poteſt, niſi concludenter probetur

qualitas,

qualitas, per quam ſpoliandus eſt, Verall. par. 2. deciſ. 328. num. 5. & colligitur ex cap. Cum veniſſent, de inſt it. ibi: *Archidiaconus poſſeſſione tuendum, donec probatum legitime fuerit*, & cap. Conquerente, de reſtitut. ſpoliat. ibi: *ſine manifeſta cauſa, & rationabili*, probatio autem per coniecturas non dicitur manifeſta, ſed quæ fit per teſtes, qui factum viderunt. Et ratio id ſuadet, manifeſta enim & indubitata eſt poſſeſſio immunitatis eccleſiæ reorum, dum actu manent in loco ſacro, ſeu religioſo donec declaretur non gaudere, ergo probatione manifeſta, & concludente conſtare debet de qualitate excludente homicidam ab immunitate.

284 Quarto probatur ab eodem dicto §. 29. à num. 63. Poſita noſtra concluſione ſequitur contradictio in Bulla Gregoriana, aut ſuperfluitas, nam illa verba *Iudicio ſuo videbuntur* non important concludentem probationem, ſed tantum coniecturalem, ergo idem importare debent ſubſequentia verba *Niſi cognito prius an ipſi vere crimina commiſerint*, aliter ſequitur contradictio, quod ſcilicet probatio debet eſſe plena ex poſterioribus verbis, & non plena, ſed coniecturalis ex prioribus verbis. Sequitur quoq; ſuperfluitas, ſi enim priora verba important probationem concludentem ſicut & poſteriora, ergo ſuperfluunt hæc, vel illa, lex autem ſuperflua

habere

habere non debet. *cap. Solitæ 6. de maior,* immo nec vnam ſyllabam, *Gloſ. V. Tamquam ibidem.*

8. Non inuenio contradictionem in Gregoriana iuxta intellectum noſtræ concluſionis, ſed maximam conuenientiam inter vtrãque clauſulam importantem eundem ſenſum, & eandem probationis ſcilicet plenæ ſpeciem, nam prior aliquanto obſcurior per poſteriorem claram elucidatur in ſenſu iudicij concludenter probatiui, vt docet Sperellus *dec.* 101. *num.* 48. *Vermigl. conſil.* 99. *num.* 2. Notum enim eſt, verba ſequentia in legibus declarare præcedentia, *l. Non eſt dubium ff. de legib.* Et vna pars legis aliam declarat, *l. Vtrum ff. de petit. hered.* Et hæc eſt germana expoſitio Bullæ, nam illa priora verba *Iudicio ſuo videbuntur*, in hac materia, vbi agitur de damno irreparabili, non poſſunt intelligi pro arbitrio boni viri, iuxta explicationem huius clauſulæ, quam communiter tradunt apud Theodoſium Rubeum clauſ. 453. Sanchez lib. 3. diſp. 8. num. 4. cum locum habeat ſolum in cauſis ciuilibus, & quidem in illis vbi non agitur de præiudicio tertij, vt *ex Caualcano part.* 1. *deciſ.* 46. *num.* 420. *& dec.* 22. *num.* 40. *refert ibidem Sanchez Verſ. ſecundo.* Vnde hoc maxime procedit in criminalibus etiam ciuiliter actis, vt in caſu noſtro de immunitate, in qua iudicium in hac cauſa eſt præiudiciale ei, qui

decla-

declaratur non gaudere priuilegio immunitatis.
Patet hinc ex hoc intellectu nullam ſequi contradi-
ctionem, ſiquidem probatio plena, & probatio non
plena hic locum non poteſt habere, dum priora; &
poſteriora verba referuntur ad eandem ſpeciem
probationis ſcilicet plenæ. Quod ſi diuerſimode
accipiantur pro non plena primo loco, & plena
poſteriori loco, quod non admitto, neq; inde ſequi-
tur contradictionis oppoſitio, quia lex contradi-
ctoriarum ſecundum germanam Logicorum veri-
tatem ea eſt, quod vnum prędicatum formaliter, &
285 immediate neget ſeipſum in prædicato poſiti-
uo, reſpectu eiuſdem, & ſub eadem ratione, notum
autem eſt apud Doctores, quod probatio, de qua
controuerſia eſt, alia eſt plena, alia non plena,
quæ cum ſint duæ ſpecies probationis, dari non
poteſt inter eas contradictio, quia ſpecies ſub eo-
dem genere ſunt poſitiua entia, quod repugnat
contradictorijs, quorum vnum eſt ens, alterum ne-
gatio entis affirmatis; eſto enim probatio per con-
iecturas dicatur non plena, non ideo eſt formali-
ter, & immediate negatio probationis plenæ, ſed
negatio ſequitur in conſequentiam, ſicut in omni-
bus, in quibus vnum non eſt aliud, non tamen ſe-
quitur, quod alterum ſit formalirer in ſe negatio,
quod exigit contradictio; & hinc eſt, quod contra-
dictio

dictio non datur in comparatiuis e. g. Hic paries eſt magis albus, quam paries A. Hic paries non eſt magis albus quam paries A. quia hæc negatio non deſtruit totam albedinem in affirmatiua. Sed hæc Logicis relinquamus.

Quintò, appenſamentum pertinet ad proditorium, & tamen non poteſt probari, cum ſit mere internum, vt ait Graſſet. ſ. 29. num. 79. Ergo in hoc probando ſufficiunt coniecturæ.

186 ℞. Illud appenſamentum non facere ad rem, non enim conſtituit proditorium, nec aſſaſſinium, cum vagetur per omnia homicidia extra rixoſum, ſed ſolum determinat pro foro externo homicidium nuncupatum ex animo deliberato, vt docent omnes cum Farinac. q. 126. per totum. Non facit ad rem in cauſa immunitatis, quia in Bulla Gregoriana ne verbum quidem de homicidio ex animo deliberato.

Sextò probant, non eſt rationabile, quod par ſit probatio in ordine ad mortem, & ad immunitatem, cum pæna mortis longe, & ſine comparatione excedat priuationem immunitatis, quæ eſt pæna parui momenti.

287 ℞. Immo non ſolum rationabile, verum etiam neceſſarium, cum agatur de damno irreparabili, vbi enim timetur maius periculum ibi cautius agẽdum,

dum, cap. 3. de elect. in 6. textus habet ſic *Plenius conſulendum.* Certum autem eſt, & non ſolum timendum, quod conſignatus curiæ non euadet periculum mortis, ergo antequam tradatur *plenius conſulendum eſt* hoc eſt plene probandum, an vere non gaudeat immunitate. Nec ex hoc ſequitur par probatio, niſi in ſpecie probationis concludentis in ſua cauſa ciuiliter tractata, nam iudex ſecularis multis alijs medijs vtitur in ordine ad ſententiam mortis, debet ergo probatio huius eſſe prægnantior, quæ nec expediri poteſt ſummarie, & ſimpliciter, ſicut cauſa immunitatis, ſufficit ergo hæc differentia, quod iudicis laici probatio ſit magis plena.

288 Septimo probant ex cap. 1. de homic. in 6. vbi aſſaſſinium etiam in ordine ad mortem immediate ſufficit quod ſit probatum per argumenta probabilia, & non probatione plena, & ad oculum, ergo non eſt neceſſaria plena probatio in cauſa immunitatis, cum non ſit neceſſaria ad condemnandum ad mortem, multo minus ad priuandũ immunitate.

289 ℞. Illud cap. loqui in ordine ad illos aſſaſſinos infideles, de quibus Doctores, & Hiſtorici à Sperello citati dec. 102. num. 68. loquuntur, ac proinde nihil contra nos, qui loquimur ſecundum Bullam Gregorianam, quæ nihil diſponit de illis; & licet

cet dictum caput conſuetudine extenſum ſit oti- ad aſſaſſinos etiam fideles, non tamen cum tanto rigore, vt tradunt citati *à Farinac. q.123.num.115. Sperell.dec.102.num.29.*

290 Demum argumento Caſtropal. p.13. num.8. probantis, quod eccleſia habet ius tutandi reum in caſibus non exceptis, & reus habet ius, ne in talibus caſibus ab eccleſia per quemquam extrahatur, ergo Epiſcopus dum non cognoſcit concludẽter, quod reus crimen exceptum commiſerit, facit iniuriam vtriq; priuando iure ſuo, ſi non tutetur reum, ſed curiæ feculari puniendum conſignet, cum ius certum vinci non poſſit per probationes præſumptiuas, ergo requirũtur certę probationes.

291 Reſpondet Graſſet. ſ. 31.num.2.negando conſequentiam, quia argumentum continet æquiuocationem, cum in antecedenti ſit ſermo de caſib. non exceptis in iure; in quibus certiſſimum eſt, quod eccleſia, & reus habent ius tutaminis reſpectiue actui, & paſſiui contra iudicem ſecularem; in conſequenti autem fit gradus ad caſus exceptos quidem in iure, ſed de quibus dubitatur, an commiſſi fuerint de facto. In his vero delictis exceptis euidens eſt, ſtante Gregoriana, eo ipſo, quod ambigitur, an quis de facto commiſerit vnum ex ipſis, nec eccleſia, neq; reus habent ſtabile, & certum ius

ad tutamen prædictum reſpectu eius delicti, ſed omnino dependent à ſententia per Epiſcopum ferenda pro immunitate prout deſunt, vel ſuppetunt ſufficientes probationes ſuper commiſſione ipſius delicti. Nullum ergo ius certum datur, quod poſſit dici inuincibile per minores probationes plenis, & concludentibus, ac proinde nulli fit iniuria.

292 Contra eſt primo, quia non facit gradum à caſib. non expreſſis ad caſus expreſſos, loquitur enim ſemper de caſib. exceptis, ſuper quibus iudex ſecularis non habet ius extrahendi reum, niſi prius probata qualitate homicidij, qua reus priuatur immunitate, ſpoliandus illa certa poſſeſſione, quod fieri non poteſt, niſi præmiſſa concludenti probatione per euidentem ſcientiam, & non per coniecturam probabilem, quæ non poteſt deſtruere ius poſſeſſionis per ſpoliationem immunitatis. Quare cum ad eccleſiam confugiens, & ibi manens dicatur eſſe in poſſeſſione indubitata, hoc iure priuari non poteſt, niſi euidenter prius ſit probatũ ipſũ perpetraſſe delictum cũ ſua qualitate ad elidendũ illud ius poſſeſſionis, *Bald. in l. Iudices ff. de iudic. n.* 1. *Speculat. de off. omn. iud. §. fin n.* 18. apud dictũ Caſtropalaum. Secundo Caſtropalaus ſiue de expreſſis, ſiue non expreſſis loquatur, valet conſequẽtia, & nulla eſt æquiuocatio, quia in vtroq; caſu

confugiens ius habet poſſeſſoriũ, vt non abſtrahatur, licet cũ aliqua differentia, vt in caſib. exceptis non extrahatur, niſi prius cognito, an caſus verificetur contra reũ in ſua qualitate proditorij, aſſaſſinij &c. in quib. ſemper debet ſupponi conſtare ſimpliciter de homicidio, quo ſuppoſito ſolũ probatur qualitas, in alijs delictis, de quib. nõ fit mẽtio in Bulla, nulla ſuper illis cognitio habenda eſt, dum conſtat non eſſe de expresſis, & ideo nõ poſſunt ſic delinquentes vllo modo conſignari curiæ. Quare adhuc argumẽtum Caſtropalai manet in ſuo vigore, quia ſola cognitio plena ſemper reſpicit deſtructionem illius iuris poſſeſſorij, quod alia probatione tolli non poteſt, niſi vt ius forte per aliud fortius tollatur inductum per Gregorianam.

293 Colligitur hinc plures coniecturas in vnũ concurrentes ad probandũ qualitatẽ homicidij excludentẽ ab immunitate non ſufficere iudici ad declarandũ aliquẽ de eo crimine imputatũ non gaudere immunitate, quia illę nonquã poſſunt facere in criminalib. plenã, & cõcludentẽ probationẽ in cauſa. vbi agitur de morte non ſolũ proxime, ſed etiã remote, quia in tali caſu probationes debẽt eſſe apertisſime, *Gl. ſ. Illorum cap. Veniens X. de teſtib. Gandin. in Rubr. de præſũpt. & indic. Bald. in cap. 1. de appellat. ibi Decius n. 21. cũ alijs Royas de heret. par. 2. n. 137. & ſingul.*

200.

200. *aliosq; quamplures citat Barb. ad dictũ cap. n.* 6. Quod autẽ huiuſmodi probatio, & inde ſecuta declaratio rationẽ habeant ad causã criminalẽ, & quidẽ mortis, nullus dubitare poteſt, vt in pręcedẽtib. eſt probatũ, ſiquidẽ conſignatus curiæ ſecularis nõ euitat mortẽ, cũ sẽper ea ſequatur poſita probatione in foro ſeculari, quæ facile ſequitur denuo teſtib. examinatis, imo ex vi tormentorũ vt plurimũ ſequitur confeſsio delicti, quæ non haberetur, ſi non fuiſſet conſignatus curiæ, ideo nõ debet iudex eccleſiaſticus illũ tradere, niſi ipſi conſtet concludenter qualitas homicidij, quæ illũ priuat immnnitate, probatio. n. debet eſſe de neceſſario, non de cõtingenti in cauſis arduis, *l. Neq; noxales* 10. *C. de probat. l. Non hoc* 4. *C. Unde legit.* Immo neq; ſufficit indiciũ proximũ, & indubitatum, vt patet ſupra ſub n. Ita ex Farin. *cõſ.* 10. *lit. F. Verſ. Verũ, & Verſ. Secũdo Ciarlin. cap.* 12. *n.* 43. qui ſubiungit ex duob. indicijs indubitatis, vno per ſe, & altero ex coniunctione aliorũ, nõ eſſe dubitãdũ, quin vere dicatur cõſtare de delicto ad finẽ, vt reus non gaudeat immunitate. Sed mihi hoc abſolute non placet, quia reus conſignatus cogitur vi tormentorum confiteri, quod non accideret, ſi iudex expectaſſet ocularem probationem, quæ in tali caſu abſuiſset.

Quæres 83. Quales debeant eſſe teſtes in ordine ad

incluſionem, vel excluſionem immunitatis. 2

294 R. In ordine ad excluſionē debent eſſe omni exceptione maiores. Probatur. Tū quia vera cognitio, quæ neceſſaria eſt in hac immunitatis cauſa ex Bulla Gregoriana neceſſe eſt, quod procedat à teſtib. integris, & omni exceptione maiorib. non autē ab inhabilib. & alijs patientibus aliquē defectū, de quorū veritate in dicēdo, & deponendo dubitatur ex prædictis eorū exceptionib. quorū proinde cognitio nō poteſt dici vera ad terminos Gregorianę ibi: *Niſi cognito vere*; vnde teſtes debent eſſe tales, qui veritatem indubiā proferāt, *l. Eos 4. C. de teſtib.* Vnde nō omnes indifferēter in teſtes adduci poſſunt, ſed illi tātū; qui ſunt bonæ opinionis, & famæ, *ex Nouella conſtit. 8 3. de teſtib.* Qui autē patiūtur defectus, & nō ſunt maiores omni exceptione nō dicūtur bonę bonæ opinionis, & famæ, ideo repelluntur in excluſione immunitatis. Tum quia connexorum idē eſt iudicium, ex vulgatis iuribus, *l. Cum actum ff. de negot. geſt. Cap. Præterea, de offic. deleg.* Sed probatio in cauſa immunitatis habet connexionem cum probatione in cauſa mortis coram iudice ſeculari, ad quam habet relationem, nonquam enim fertur ſententia declaratoria reum non gaudere immunitate niſi ad effectum conſignandi illum curiæ ſeculari; vnde apparet hic connexio

&

& dependentia vnius iudicis ab alio, quod arguit connexionem *Menoch. conſ.* 123. *num.* 22. ergo in probationibus par debet eſſe iudicium, ac proinde cum certum ſit, non condemnari quemquam ad mortem, niſi per teſtes omni exceptione maiores, ſequitur in primo iudicio, ſine quo poſterius ſequi non poteſt, probationes debere procedere à teſtibus omni exceptione maioribus conteſtibus. Ita docet in terminis *Farinac. conſil.* 76. *num.* 5. *Michael Ferus Manrique part.* 1. *quaeſt. moral. q.* 57. In cauſis enim arduis, vt hæc *ex eodem*, & *Peregr. cap.* 3. *num.* 25. proceditur per tales teſtes omni exceptione maiores, vt notat *Caualc. par.* 1. *de teſtib. num.* 195. Faciunt ſupradicta in præcedenti quæſtione.

295 Hos citat Graſſetus *ſ.* 29. num. 263. contra ſe, qui non requirit teſtes omni exceptione maiores, & probat *Primo*, quia ſi vera eſſet ſupradicta ſententia, fere nonquam eſſet locus diſpoſitioni Gregotianæ, cum in latibulis, & in tenebris longe à conſpectu hominum committantur homicidia. *Secundo*, quando agitur de homicidio ciuiliter ad effectum docendi de irregularitate alicuius, teſtes alias inhabiles, & criminoſi, & ſocij criminis admittuntur, qui non admitterentur, ſi criminaliter ageretur, cur illud idem non eſt faciendum in cauſa ciuili immunitatis, *ex num.* 265. *Tertio* Ciarlin.

cap. 12. num. 25. in cauſa proditorij admittit teſtimonium pueri vndennis, & eius inhabilitatem ſuppleri ex multis, *num*. 266. cui alij ibidem citati conſonant. Quorum placita ſi procedunt in cauſa criminali, quanto magis in ciuili? *Quarto* In delictis exceptis admittuntur etiam teſtes inhabiles, *Farinac. q*. 62. *num*. 81. *&* 85. *Ciarlin. cit. cap*. 12. *num*. 31. Probant *quinto*, quia ratione difficilis probationis, minus idonea habetur pro plena, *Royas ſingul*. 201. *num*. 3. Et quando veritas aliter haberi non poteſt, admittuntur minus idonei, & receditur à regulis iuris communis, *Muſcatell. in Pract. crimin. de homic. ſimpl. num*. 36. Et in ſubſidium admittuntur etiam fœminæ de iure canonico, *Iulius Cartar. dec. crim*. 12. *num*. 14. *Crotus part*. 1. *de Teſtib. num*. 26. *&* *par*. 3. *num*. 48. Et ad hæc multa alia congerit exempla ad probandum ſuum intentum.

296 Reſpondeo in primis in communi ea argumenta non probare intentum, quia in illis probatio non habet relationem ad cauſam mortis in alio tribunali, cui reus conſignatur declaratus non gaudere immunitate, vnde cum inde ſequatur damnum irreparabile maius quolibet alio, cum agatur de morte illius, ideo cautius agendum eſt procedendo per probationes plenas, quæ à ſolis teſtibus integris habentur.

297

297 Ad primum dico eſſe locum diſpoſitioni Gregorianæ, cum qualitates homicidiorum proditorij, aſſaſſinij, &c probari poſſint, ſicut probatur ipſum homicidium ſimpliciter ſpectatum, nam proditio probatur per ſimulatam amicitiam, aſſaſſinium per rationem contractus conuenti pretij ad occidendum, poſita enim homicidij vt ſic probatione facile probari poſſunt concludenter circunſtantiæ conſtituentes dictas qualitates, & ſicut homicidium vt ſic debet cõſtare per teſtes integros, multo magis eius qualitas eodem probationis genere firmanda eſt, cum in probatione magis attendatur qualitas ad excluſionem immunitatis, quam eius ſubiectum, homicidium enim vt ſic non priuat
298 immunitate, ſed illius qualitas, ergo ea apertiſſime probanda eſt per integros teſtes, cum priuatio immunitatis ſit & ipſa pæna non leuis, ſed grauiſſima; cum ex ea ſequatur damnum irreparabile mortis.

299 Ad ſecundum dico rationem eſſe diuerſam, & valde diſparem, nam quicunq; teſtes ſufficiunt in probatione irregularitatis, vt quis impediatur à conſecutione ordinis, vel beneficij, ad quæ nullum habet ius, neq; proinde in tali cauſa dicitur priuari poſſit; in cauſa autem immunitatis, in qua agitur de priuatione priuilegij immunitatis, in cuius erat

poſſeſſione, & conſignatione curiæ ſeculari, ex quibus ſequitur damnum irreparabile, cautius procedendum eſt,& ſic per teſtes integros,de quorum probitate non ſit dubitandum.

300 Ad tertium, Ciarlinus eo cap. 12.à Graſſet.cit. loquitur in ſententia aliorum concludit enim illud cap. num. 51. ad minus requiri indicia indubitata, non dicit vnum, ergo plura,num.16.ait,indicia indubitata eſſe illa, quæ ponunt veritatem ante oculos iudicis, & num. 19. quod grauatus indicijs indubitatis non poteſt puniri pæna ordinaria, eſto delictum ſit difficilis probationis, vt omnes docent, & ita dicendum eſt etiam in caſu noſtro, vt ex indubitatis indicijs non poſſit priuari immunitate, cum talis priuatio ordinetur ad mortem,iuxta ſuperius dicta.

Inſtat tamen ipſe Ciarlin. ibidem, quod hic non quæritur,an reus ſit plectendus extra ordinem,vel pæna ordinaria, hoc enim reſeruatur iudici laico, qui iudicabit, quid iuri conueniat, poſtquam reus fuerit illi relaxatus,ſed tantum quæritur,an vere conſtet de delicto ad finem gaudendi, vel non gaudendi immunitate.

301 Verum quidem dicit, quod iudex eccleſiaſticus non quærit,an reus ſit plectendus pæna ordinaria, an extraordinaria, ſed totum an gaudeat, vel non

gau-

gaudeat immunitate; ſed quia ad declarationem, quod non gaudet immunitate, neceſſario ſequitur, quod reus ſit conſignandus curiæ ſeculari, ibi, *tradi, & conſignari curent, & faciant*, & quidem de iure, cum per declarationem dicatur omnino eſſe de foro laicali actu, ideo de excluſione ab immunitate conſtare debet per teſtes exceptionem non patientes, & non per indicia, quia eſto iudex eccleſiaſticus non quærat, nec intendat agere ad pœnam mortis, quæ datur pro homicidijs qualificatis, tamen ex iudicio facto ſequitur mors licet non intẽta à iudice eccleſiaſtico, quod cum ſit damnum irreparabile de facto proueniens ex huiuſmodi traditione, neceſſe eſt probare teſtibus integris qualitatem, quæ priuat immunitate; & id arguitur ex verbis ipſius Gregorianæ, ibidem: *Abſque irregularitatis nota, aut alicuius cenſuræ eccleſiaſticæ incurſu tradi, & conſignari curent.* Quæ ſupponunt aliquem influxum in mortem, non enim ex alio capite poteſt oriri irregularitas, niſi ex morte ſecuta conſequenter ex declaratione, & conſignatione facta rei non gaudentis immunitate, quam irregularitatem ſu-
302 ſtulit, & noluit Pontifex Epiſcopum, vel alios eius officiales incurrere, cum ergo mors non ſolùm à iudice laico, ſed etiam ab eccleſiaſtico proueniat in conſequentiam, neceſſe eſt, quod probationes

ſint

ſint concludentes per teſtes omni exceptione maiores, aliter in dubio, & ex coniecturis procedendo, & tradendo reum curiæ ſeculari fit reus irregularitatis, quia ex his non vere cognoſcit, an gaudeat, necne immunitate; vnde vlterius reo fit iniuria notabilis, quia cum traditus ſit curiæ ſeculari negans delictum, vel eius qualitatem, per vim tormentorum extorquetur confeſſio, quod non accideret, ſi concludenter probatum fuiſſet gaudere, vel non gaudere immunitate. Et quamuis mors ſequatur immediate ex actis proceſſus ſecularis, id tamen non tollit connexionem cum iudicio eccleſiaſtico, certum enim, quod ſi hoc non fuiſſet poſitum, nec illud, vt patet, quale ergo eſt iudicium laicale in ordine ad probationem, tale eccleſiaſticum eſſe debet, ſcilicet, ex teſtibus integris, non ex patientibus, qui inefficaces ſunt ad pænam ordinariam.

303 Ad quartum dico, teſtes inhabiles admitti ad probationem in delictis exceptis, ſed plene non probant ex eodem *Farinac. ibid. num.* 32. *&* 89. vbi quod non admittuntur, vbi agitur de pæna ordinaria, & mortis, quod dixit etiam *Cierlin. cap.* 12. *nu.* 19. Cum ergo ex probatis in præced. quæſt. ad excludendum ab immunitate requiratur plena probatio, quæ exigit teſtes integros, inhabiles nihil probant

bant in hac cauſa, quæ relationem habet ad cauſam mortis, quæ regulariter ſequitur ab eccleſia traditis curiæ ſeculari.

304 Ad quintum, falſum eſt, quod in cauſis arduis, cuiuſmodi eſt hæc, probatio minus idonea, habeatur pro plena, cum teſtes exceptionem patientes non poſſint dare plenitudinem, qua carent, depoſitioni, non enim ſimpliciter admittuntur, ſed cum exceptionibus, vt dicit *Farinac. q.62. num.* 383. in cauſis ergo arduis teſtes debent eſſe omni exceptione maiores *Hortenſis Caualc. de Teſtib. par.* 1. *num.* 195. *fol.*48. *quem contra ſe citat Graſſet.§.29. num.*263. *Verſ. Id quod.* Royas vero in illo ſingular. dicit, in homicidio, in quo poſſunt interuenire habitu multi teſtes, licet de facto & actu non interuenerint, niſi inhabiles, vel minus idonei, tunc iſti in ſubſidium non reputantur idonei, nec proinde tunc minus idonea probatio haberi poteſt pro plena, ſicut ergo in homicidio probando teſtes debent eſſe integri, & omni exceptione maiores, ita quoq; tales debent eſſe in probatione qualitatis illius, cum ſit illi acceſſoria.

305 Quæres 84. An ſufficiant teſtes ſingulares ad probandam qualitatem homicidij? Teſtes ſingulares ſunt triplicis generis, obſtatiui, quorum vnus deſtruit dictum alterius; diuerſificatiui, quorum di-

cta

cta inferunt plura delicta numero diſtincta ſub eadem, vel diuerſis ſpeciebus; & cumulatiui, ſeu adminiculatiui, quorum dictum vnius fauet dicto alterius, dum plures teſtes per diuerſa media tendunt in idem delictum. Vide *Farin. q. 64. Carena par. 2. de S. Officio tit. 6. num.* 50. *Mirandam tom. 1. de ordine Iudic. q.* 17. *num.* 242. *Fauentinum Minor. Conuent. diſp.* 54. *de Reſtit. num.* 174. Et quæ dixi in mea Praxi crimin. cap. 19. tom. 5. impreſſionis Lugdunenſis.

306 ℞. Teſtes obſtatiui non faciunt ad rem, quia vnus deſtruit, non probat dictum alterius; nec diuerſificatiui, quia probant plura delicta, in caſu autem noſtro ſupponitur vnum homicidium iam probatum, & de eius qualitate proditorij, aſſaſſinij, læſæ maieſtatis, ſacrilegij, &c. Eſt communis, & ſequitur *Graſſetus ſ.* 29. *à num.* 274. *ad* 288. cum quo ſentio qualitatem homicidij probari per teſtes ſingulares adminiculatiuos, ſeu cumulatiuos, quorum vnus fouet, & auget fidem alterius, quia tendunt ad probationem eiuſdem negotij, reſpectu cuius dicuntur conteſtes e. g. vnus deponit, quod occidens ſolebat manducare cum occiſo, alter, quod habebat cum eo negotium mercaturæ; alter, quod ludebat cnm eo, &c. hæc probant proditionem in homicidio; è contra excludunt proditionem deponentes; vnus, quod erat inter eos inimicitia,

micitia, quod homicidium fuit commiſſum ex rixa, &c. Qualitas aſſaſſinij probatur ſi vnus deponat de conuentione pretij ad occidendum, alter de numeratione pecuniæ promiſſæ, vel alterius rei traditæ, &c.

Quæres 85. An in hac cauſa formandus ſit proceſſus?

307 R. Affirmatiue. Probatur. Tum quia quando iudex agit cauſam grauem in foro externo, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, debet conſtare de eius actis in ſcriptis per ſuum Notarium reductis, vt colligitur *ex cap. Quoniam contra XI. de probat.* ſiue ſit ordinarius iudex, ſiue extraordinarius, & delegatus; vnde Decretum factum nullo proceſſu confecto eſt inualidum, *Vantius de Nullit. tit. Ex defectu ſent. num.* 14. *Mar. Anton. lib.* 2. *reſol.* 30. *num.* 1. Et ſententia ſine actis non facit fidem, *Mantica dec.* 350. *n.* 9 cum illis Barb. *ad dictum cap. num.* 14. *&* 15. Ergo proceſſus neceſſario requiritur, vt ſententia declaratoria, quod reus gaudeat, vel non gaudeat immunitate valeat. Proceſſus autem vocatur ea ſcriptura, quæ continet actus iudicij. De proceſſu plura dixi tom. 5. in Praxi crimin. cap. 82. ſect. 5. à num. 48. ad 67. Tum quia idem colligitur in terminis noſtris ex Bulla Gregoriana ibi: *Niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint, tuncq; demum de mandato*

Epiſcopi

Epiſcopi per iudicem eccleſiaſticum curiæ ſeculari, quandocumq; appellatione poſtpoſita conſignentur. Vera autem cognitio, per quam deuenitur in notitiam, an reus gaudeat, vel non gaudeat immunitate habetur ex actibus iudicialibus, quæ in ſcriptis redigi debent, ex cit.cap.XI.de probat.ibi. *Qui fideliter vniuerſa iudicij acta conſcribant.* Epiſcopus enim, vel ab eo deputatus in hac cauſa ſine dubio iudices ſunt, ad eos enim pertinet huiuſmodi cognitio iudicialis, ex quo in textu Gregorianæ dicitur *Per iudicem eccleſiaſticum*, cum ergo in hac ſit procedendum iudicialiter opus eſt proceſſu, & ita practicatur hic Parmæ, vt ſcio de certa ſcientia, & audio id fieri alibi.

308 Contrarium, non requiri proceſſum, docent Gambacurta *lib.2.§.8.Verſ. Niſi cognito fol.98.Gratian.cap.596.num.22.&* 23.quos pro ſe citat *Graſſet. ſ.29.num.94.*Probant, quia non requiritur probatio udicialis, quandocumq; aliquid committitur coniſcientiæ,& prudentiæ alicuius, *cap. Statutum ſ. Aſſeſſorem, de reſcr.in 6. iuncta gloſ.* quod omnes docent *cum Sanch.lib.3.diſp.8.num.*4.vnde ſequenti n. 5. ait,nō requiri teſtes cum iuramento,neq;ordinem, & figuram iudicij, *cum alijs Barboſa ad dictum cap. nu.* 88.Et confirmat dictus Gratian. num. 23.quia non eſt aſſignata aliqua forma circa modum cogno-

ſcendi

ſcendi hanc cauſam, vnde verba illa: *Cognito prius per Epiſcopum, &c.* ſunt intelligenda iuxta ſubiectam materiam, itaut in quacunq; cognitione verificentur, *l. Cognitionum ff. de varijs, & extraord. cogn.* Et in materia remiſſionis eſt communis opinio Doctorũ, quod ſufficiat aliqualis cognitio, & quod aliqualiter conſtet de delicto, *Gloſ. in Clem. Paſtoralis, §. Denique V. De more in fine, & ibi Cardin. de re iud. num. 16.* Et nituntur hi Doctores verbis Gregorianæ: *Eorumne aliquod iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur.*

309 ℞. Ex illo textu nihil ad rem colligi poteſt in ordine ad iudicium exercendum, cum verbum illud *conſcientia* non referatur ad cognitionem cauſæ, ſed ad aſſumendum aſſeſſorem; clara ſunt verba id indicantia, quæ ſunt: *Aſſeſſorem autem, vt quandoq; faciunt aliqui fraudulenter, niſi eo indigeat, quod conſcientiæ relinquatur eiuſdem, ſibi nequaquam adiungat.* Et Gloſ. V. Relinquatur aliud non dicit, niſi quod retuli. Dicta à Sanchez procedunt in cauſa mere ciuili, in qua non eſt annexa cognitio delicti quæ poſſit pręiudicium afferre, agit enim ibi de diſpenſatione in denuntiationib. matrimonij, pro qua re ſufficit informatio extraiudicialis; in caſu autem noſtro agitur de informatione, an reus gaudeat necne immunitate in ordine ad conſignandum illum curiæ ſeculari, quod illi graue affert pręiudicium, ideo probatio

bario debet eſſe iudicialis,ac proinde Gregoriana ne vllum quidem verbum *conſcientia* habet, ſed vtitur verbis *Iudicio ſuo* ad indicandum, hanc cognitionem debere eſse iudicialem; quod etiam colligitur ex ſequentibus verbis: *Cognito vere*, *&c.* nulla enim verior cognitio reperitur quam iudicialis, quæ ex tot requiſitis comprobatur; nec quicquam vrget dictum D.Thomæ ex Sanchez,& Graſset.n. 92. quod conſcientia eſt idem cum iudicio, quod eſt mentis dictamen. Quia ex hoc non ſequitur diſtingui vnum iudicium ab alio, ſed ſolum importat, quod in omni iudicio ſiue extraiudiciali, ſiue iudiciali debet habere locum conſcientia, vt bene, & iuſte peragatur ſine peccato.

310 Ad confirmationem ex Gratiano dico, licet nullam explicauerit formam procedendi in hac materia, quia non erat id neceſsarium, cum enim textus Gregorianus dicat *Cognito vere* ſatis inſinuauit procedendum eſse per cognitionem iudicialem ſeruato eſsentiali ordine iudicij neceſsario ad veritatem rei inquirendam. Nec quicquam probat allegatus text.l.Cognitionum,vbi ſolum diuiditur quadruplex genus cauſarum nulla facta mẽtione de modo procedendi in eis.

311 Ad Gloſam de remiſſione rei dico procedere, quando non requiritur cognitio vera,quæ cum requiratur

Digitized by Google

requiratur plena, & concludens, vt probatum fuit ſub q. 82. in remiſſione ex cauſa immunitatis, non ſufficit aliqualis, quam exigit Gloſa, & ita docent *Farin. q. 168. num. 13. & 14. Ciarlin. cap. 10. num. 49. Verſ. Non obſtat*, qui num. 73. requirit plenam probationem pro remittendis reis ad alium iudicem, citando *Gram. dec. 279. & dec. 362. Gratus conſ. 92. n. 24. Verſ. Sed vt magis lib. 2. Farin. cit.* Iudex autem remittens dicitur merus executor ex adductis à Guazino Defenſ. 1. cap. 17. num. 10. & num. 16. Quod in grauibus delictis tantum fit remiſſio non ex debito, & neceſſitate, ſed vrbanitate, in materia autem immunitatis Epiſcopus non eſt merus executor, ſed iudex in cauſa, quam nemo cognoſcere niſi iudex eccleſiaſticus, vt clarius dicitur in Gregoriana, vnde non tenetur ſtare informationibus iudicis petentis, ſicut in remiſſorijs aliarum cauſarum; præterea non ex vrbanitate, ſed ex debito reus declaratus non gaudere immunitate tradendus eſt curiæ ſeculari puniendus, ibi: *per iudicem eccleſiaſticum curiæ ſeculari quacunque appellatione poſtpoſita conſignetur*. Cum ergo huiuſmodi remiſſiones ſint omnino diuerſæ, ex vna ad aliam non licet inferre.

312 Dices, cognitio extraiudicialis non requirit proceſſum, cum is conſtet actis iudicialibus; ſed cauſa immunitatis cognoſci poteſt extraiudicialiter, vt reſpondit Clemens VIII. ad Archiepiſcopum Panormitanum his verbis: *Reliquos vero tres prænominatos, ſi tamen tibi prius ſummarie, ſimpliciter, & extraiudicialiter, & quantum pro conſcientiæ tuæ informatione ſufficere videbitur, illos homicidium prædictum perpetraſſe, aut illi cooperatiuos, ſeu in illo culpabiles fuiſſe: quod ſi omnes rei, aut culpabiles homicidij prædicti, per te, vt præfertur reperti comperiantur curiæ ſeculari prædictæ libere tradas*, Vide Genuenſem in Praxi Neapol. referentem ſub cap. 76.

313 Reſpondetur, obiectionem nihil concludere contra nos, quia iam proceſſus fabricatus erat ex parte iudicis eccleſiaſtici, ideo non erat neceſſaria noua, & exacta probatio, ſed breuis informatio non excludens proceſſum, vnde verbum illud *extraiudicialiter*, non excludit probationem in ſcriptis in proceſſu redigẽdam, ſed ſolum apices iuris, arg. eorum, quæ dicit Riccius *par.* 2. *reſol.* 50. *num.* 2. vbi quod dictio *extraiudicialiter* non tollit partis citationem, quæ eſt de ſubſtantialibus iudicij. Et id confirmatur ex Clem. Sæpe, de verb. ſignif. vbi explicantur illa verba *ſummarie, & ſimpliciter* excludentia ſolum apices iuris, non vero formam eſſentialem

iudicij,

iudicij, nec processum, ibi *ſine in ſcriptis*. Vide *Dal Bene cap. 16. dub. 43. num. 11. & ſeq.* fere ſic explicantem dictas literas ad Archiepiſcopum Panormitanum, latius *Sperell. dec. 101. num. 55.*

Quæres 86. A quonam iudice formandus ſit proceſſus in cauſa immunitatis rei?

314 ℞. A iudice tantum eccleſiaſtico, ſiue reus ſit in eccleſia, ſiue extra, in quouis loco. Probatur euidenter ex textu Gregorianæ ibi: *Niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an ipſi vere crimina ſuperius expreſſa commiſerint, tuncq; demum de mandato Epiſcopi per iudicem eccleſiaſticum curiæ ſeculari conſignentur.* Et ratio huius eſt, & quia cauſa immunitatis eſt ſpiritualis ex adductis *à Sperello dec. 102. num. 54.* & quia eius violatio eſt ſacrilega, *cap. Quiſquis 22. 17. q. 4.* Quare cauſa immunitatis terminanda eſt à iudice eccleſiaſtico, ſiue reus poſſideatur de facto à iudice laico in eius fortijs, ſiue ſit in eccleſia, ſiue extra, quia quouis ex his modis ſpectetur, cauſa non mutatur, ſemper ſpiritualis, & eccleſiaſtica manet, cum immunitas eccleſiæ ſemper eadem remaneat. Et communis *apud Farinac. q. 28. num. 76. & in Append. cap. fin. num. 366. & 367. Bonac. §. 7. num. 2. Caſtropal. p. 13. num. 7. Peregr. cap. 30. num. 40. Ciarl. cap. 10. num. 33. Dal Bene cap. 16. dub. 41. ſect. 1. Diana part. 4. tract. 1. reſol. 30. Barb. lib. 2. de iure cap. 3. num. 154.*

Digitized by Google

ad 159. Italia cap. 5. §. 14. numero 7. & capitulo 6. numero 4.

315 Nonnulli ex antiquioribus cum Petro Sarpo & alijs etiam poſt Gregorianam male Serpentib. docuerunt cognitionem immunitatis reorum ſpectare ad iudicem ſecularem. Probant *Primo*, quia in propria cauſa nemo eſt iudex competens, *l. Vn. C. Ne quis in ſua cauſa iudicet, l. Omnibus 9. C. de teſtib.* Sed cauſa immunitatis eſt propria Epiſcopi, vt aiunt Aduerſarij, ergo in ea ſe ingerere non poteſt, ergo ſpectabit ad ſecularem iudicem, qui in ea nullam habet proprietatem. *Secundo*, extrahere delinquentem eſt curiæ ſecularis in caſibus exceptis, in quib. rei non gaudent immunitate. *Tertio*, reus exiſtens in fortijs laicalibus, ſi dubitetur, an gaudeat immunitate, ac proinde de reſtituendo eum eccleſiæ, dubium eſt decidendum à iudice laico ob eam rationem, quia melior eſt conditio poſſidentis, nam iudex laicus tunc reum poſſidet actu; Si autem ſit in eccleſia ſpectabit ad eccleſiaſticum. *Quarto*, ex conſtit. Theodoſij Imperatoris extenſa tom. 1. Concil. fol. 1148. Verſ. Cæterum, idem colligitur his verbis: *Si grauis aliqua perturbatio oriatur nolulmus abſque ſententia Epiſcopi, aut certe abſq; noſtrorum iudicum, qui in hac, vel quauis alia ciuitate verſantur mandato armatum extra eccleſiam raptura, &c.* Quaſi

ſi hoc iudicium ſpectet ad Epiſcopum, ſi reus ſit apud ipſum; ad laicum vero iudicem, ſi reus ſit in eius fortijs. Ita *Sarpus*, *& Valpellus apud Dianam part. 6. tract. 1. reſol. 30. & Farin. q. 28. num. 76. Verſ. Hac autem cognitio*, vbi approbat dictum Vnlpelli ex tertio argumento ſupra poſito. Quibus tamen non obſtantibus.

316 Dicendum omnino eſt, nullo vnquam tempore licuiſſe iudici ſeculari cognoſcere, an laicus reus homicidij qualificati in Bulla Gregoriana, vel alias gaudeat immunitate, quamuis ſit in fortijs ſecularibus. Vt patet ex probatis q. hac 86. Et patet ex cap. *Frater* 10. *cap. ad Epiſcopos XI.* 17. *q.* 4. *cap. fin. de immun.* vbi mandat eccleſiaſticis, vt declarēt quoſdam non gaudere immunitate eccleſiæ.

317 Ad primum argumentum dico, hanc cauſam non eſſe propriam Epiſcopi, quaſi redundet eius cognitio in vtilitatem Epiſcopi, id enim falsum eſſe omnibus conſtat, cum id ſolum redundet in honorem Eccleſiæ, & in vtilitatem rei, ne eius cauſa præcipitetur, *Dal Bene cap.* 16. *dub.* 41. *ſect.* 2.

318 Ad ſecundum reſpondeo, pariter falſum eſſe, etiam ante Bullam Gregorij cognitionem huius cauſæ ſpectare ad ſecularem, cum ex citatis iuribus (*cap.* 10. *&* 11. 17. *q.* 4. *& cap. fin. de immun.* ſpectet ad Epiſcopum tantum. Confirmatur, Iudex

ſecularis non poteſt extrahere, *cap. Reum* 9. *cap. Frater* 10. *cap. Definiuit* 35. *cap. Id conſtituimus* 36. 17. *q.* 4. In quibus locis præſcribitur, ne reus à quopiam extrahatur ſine licentia ſuperiorum eccleſiaſticorum, ergo ad eos ſolum ſpectat cognoſcere, an liceat extrahere, cui ergo non licet extrahere, neq; cognoſcere.

319 Ad tertium reſpondeo, dubium non cadere ſuper immunitatem, certum enim eſt, eam eſſe cauſam iudicis eccleſiaſtici, ſed ſuper factum ipsum, hoc eſt delictum, an priuet immunitate, necne, ideo cum hoc dubium facti referatur ad ipſam immunitatem, neceſſario cauſa huiusmodi terminanda eſt à iudice eccleſiaſtico, qui carceratum, de cuius immunitate dubitatur è fortijs ſecularibus reuocare debet, ſi inſtetit coram iudice laico, vt remitteretur. Quare cum in hoc caſu iudex ſecularis dubitans an gaudeat immunitate reus, non dicitur legitime illum poſſidere, ideo prætenſa poſſeſſio tamquam vitioſa illi non ſuffragatur, nec proinde poteſt dici eſſe illi melior. *Rota par.* 5. *dec.* 142. *num.* 4.

320 Ad quartum dico, conſtitutiones ciuiles non habere locum in cauſis eccleſiaſticis in ijs, quæ aduerſantur ſacris canonibus, & arctant iurisdictionem eccleſiaſticam, & ſunt præiudiciales immunitati, cap. Eccleſia S. Mariæ 10. de conſtit. vbi Barboſa citat Doctores num. 2.

Quæ-

Quæres 87. Quis veniat nomine Episcopi in Bulla Gregoriana?

321 ℞. Solus dignitate Episcopus priuatiue ad quoſcunq; Prælatos tam ſeculares, quam regulares, & nullius etiam diæceſis, vt claris verbis habetur in Bulla illis verbis: *Sine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius Officialis, quos ſolos, & non alios Epiſcopis inferiores, etiamſi alias Ordinarij ſint, aut nullius diæceſis, aut Conſeruatores ab hac ſede ſpecialiter, vel generaliter deputati dictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius diæceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios.* Ita docent omnes *cum Mario Italia cap. 6. num. 8. & 9. Peregr. cap. 3. Dal Bene cap. 16. dub. 40. ſect. 1. num. 10. Barb. lib. 2. de iure cap. 3. num. 157.*

Quæres 88. An Episcopus debeat eſſe confirmatus, & conſecratur ad hoc iudicium faciendum?

322 ℞. Sufficit confirmatio, quia hoc iudicium non pendet à poteſtate ordinis, ſed à iurisdictione; vt notum eſt; ſed Episcopus confirmatus habet poteſtatem iurisdictionis, vt colligitur *ex cap. Tranſmiſſam 15. de elect. ibidem Barb. citans Doctores, & de Epiſcopo part. 1 tit. 1. cap. 4. num. 7.* Etiamſi nondum ſit conſecutus poſſeſſionem modo ab alio non ſit occupata, *ex Cuar. lib. 3. Variar. cap. 16. num. 6.* cum alijs idem Barbosa. Et ita docent *Peregr. cap. 3.*

num.39.Diana part.6.tract.1.reſol.30.quæſtione 21

Contrarium, quod debeat eſſe conſecratus, docet Italia cap. 6. S. num. 88. citantem nonnulla ira *ex cap. Cum in cunctis §.cum vero, & ibi Gloſ.1.de elect.* Sed nihil ad præſens negotium.

Quæres 89. An Episcopus id facere poſſit, quando reus eſt in eccleſia, ſeu monaſterio religioſorum ſuæ diæceſis?

323 ℟. Affirmatiue,quia huiusmodi cauſa illi competit priuatiue ad quoscũq; alios etiam exemptos, vt conſtat ex allatis verbis Bullæ sub q.87.Ita omnes *cum Gambac.lib.6.cap.9.Paſqual.ad Laurætum Frã-cum q.29.Barb.lib.2.de iure cap.3.num.157.Rodr.tom.2.q.50.art.3.Verſ. Verum, Ciarlin.cap.10.num.34.*

Quæres 90. Quinam dicatur vicinior Epiſcopus in cauſa immunitatis reorum in Eccleſia Nullius?

324 ℟. Ille dicitur vicinior Episcopus, in cuius diæceſi reperitur eccleſia, seu monaſterium exemptum Nullius, licet enim hæc per fictionem iuris dicantur eſſe extra diæceſim, & territorium Episcopi, intellige ſecundum iurisdictionem, ac proinde quamuis ſint in eius territorio secundum ſitum, & localitatem, non ſunt tamen ſecundum subiectionem,quia Episcopus in locis exemptis ſuam iurisdictionem exercere nõ poteſt in præiudicium exẽptorum,niſi à Pontifice Romano id ei concedatur,

vt

vt concedit in hac materia immunitatis reorum.
Trita eſt iam ea diſtinctio eſſendi in diæceſi, & de
325 diæceſi, vt illud excludat exercitium iurisdictionis ab Epiſcopo; hoc vero includat, cum tunc ſit non ſolum in diæceſi, ſed etiam de diœceſi, qui iudicandus eſt. Eſſe igitur in diæceſi tantum arguit ſitum, & locum materialem; de diæceſi vero eſſe arguit ſubiectionem ad diæceſanum. Ita docent *Panor. in cap. Apoſtolicæ 9. de donat. num. 3. Sigiſm. Capuc. de elect. dub. 51. num. 2. Graſſius lib. 2. deciſ. cap. 27. num. 107. Gonzal ad Regul. 8. Cancell. Gloſ. 43. à num. 180.*

Quæres 91. An Epiſcopi, & alij Prælati Ordinarij ſinguli in ſuis eccleſijs iure communi alias haberent poteſtatem cognoſcendi, & dandi licentiam extrahendi reos à ſuis eccleſijs?

326 ℞. Affirmatiue, *cap. Metuentes 32. cap. Id conſtituimus 36. 17. q. 4. & alibi* Modo vero ex conſtitutione Gregoriana ſoli Epiſcopo, & ſuo officiali, alijs excluſis quo ad cognitionem, & extractionem. Verum quidem eſt, quod vrbanitas exigit, vt Prælati, & Rectores Eccleſiarum admoneantur de extractione. Hinc eſt, quod ea poteſtas erat in eis ordinaria; talis nunc ſolum in Epiſcopis, cum ſit à lege conceſſa, ac proinde ordinaria *ex cap. Cum ab Eccleſiarum, de offic. ordin. cap. A iudicibus 2. q. 6. L. Et quia ff. de iuriſd. om. iud.* Perpetua enim eſt ordinaria, vt hæc

cap.

cap.2.de offic.legati in 6. Et conceſſa non perſonæ,ſed dignitati ordinaria eſt,non delegata, *Bart.in l. Ambitioſa ff.de decr.ab ordin.num.34. Bald.in cap.fin.de offic. ordin. Sanch:z lib.2.diſp.40.num.14. Peregr.cap.3.num. 29.in his terminis.*

Quæres 92. Quis ſit ille officialis, de quo ſit mentio in Gregoriana, qui poteſt cognoſcere cauſam extractionis reorum ab Eccleſia?

327 ℞. Nomine *Officialis* venit Vicarius Generalis Epiſcopi, nam officialis nomine venit ille, qui ſub alio iurisdictionem exercet, *Butrius conſ.74.num.3. Vincent.de Franchis dec.407.num.5.part.1.Tuſchus V. Officialis concl.88. Barb.ex illis hac Appellat.175.num.1.* Sed Vicarius Generalis, immo & quilibet alius ab eo electus,& delegatus exercet iurisdictionem ſub

328 delegante, ergo eſt officialis. Quare Vicarius,& Officialis ſunt ſynonima, *ex citatis à Sanchez lib.8. diſp.27. Barb. cit. num.9.* Pontifex autem non caſu, ſed conſulto vſus fuit eo vocabulo *Officialis*, quod eſt genericum ad quodcunq; officium cum iurisdictione, vnde dicitur tam de Vicario Generali ſic nuncupato in Italia, quam de eodem hoc ſolo nomine *Officialis* vocato extra Italiam, vt obſeruat ibidem Barb.eodem num.9. Bulla enim Gregoriana eſt vniuerſalis pro vniuerſo orbe, vt igitur includeret vtrunq; vſus fuit generico nomine.Ita docent

cent *Peregr. cap.* 3. *num.* 20. & *cap.* 16. *num.* 23. *Italia cap.* 6. *num.* 15. *Ciarlin. cap.* 10. *num.* 35. *Benac.* §. 7. *num.* 2 *Verſ. Nomine, cum alijs Barb. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 158. *fine.*

329 Vicarius autem Generalis hoc habet de iure, ideo non eget ad hoc ſpeciali mandato, *Peregr. cap.* 3. *num.* 20. contra Italiam requirentem ſpeciale mandatum *ex cap. Licet, de offic. Vicarij in 6.* vbi dicitur, quod non poteſt cognoſcere cauſas criminales ſine ſpeciali mandato, *cap.* 6. §. 1. *num.* 2. *ad* 6. ſed ille textus non probat intentum, cum in eo ſolum ſtatuatur, ne Vicarius Generalis generali commiſſione poſſit inquirere, corrigere, neque punire exceſſus delinquentium; in caſu autem noſtro nihil prædictorum fit, ſed tantum cognoſcitur, an reus gaudeat immunitate Eccleſiæ, & ſi non gaudet, datur licentia curiæ extrahendi reum ab ea, ſeu illi conſignatur, ſi eſt in fortijs eccleſiaſticis, hæc ergo Vicarius non præſtat, vt per ſe ipsum puniat reum.

Quæres 93. An ſede vacante Vicarius Capitularis eandem habeat poteſtatem quam habebat Epiſcopus, cui ſucceſſit Capitulum?

330 ℞. Affirmatiue, quia Capitulum ſuccedit in omnem poteſtatem iurisdictionis ordinariæ, *cap. Vn. de de maior. in* 6. *cum alijs citatis à Diana part.* 8. *tract.* 4. *reſol.* 1. Sed hæc poteſtas cognoscendi in cauſa immunitatis reorum eſt ordinaria ex probatis q. 91. Ergo

go in ea ſuccedit Capitulum exorcens hanc poteſtatem per ſuum Vicarium Capitularem. Ita *Peregr. cap. 3. num. 32. ex eo Diana part. 6. tract. 1. reſol. 30. quaſt. 1.*

331 Contrarium tenet Mar. Italia cap. *6. §. 1.* nu. 42. negans Capitulum cognoſcere poſſe in hac cauſa, & probat ex verbis Bullę, ibi: *Ad quos ſolos*. i. Epiſcopum, & Officialem ſuum, *& non ad alios Epiſcopo inferiores, etiamſi alias Ordinarij ſint, &c.* Sed hæc verba eius non probant intentum, non enim referuntur ad Capitulum, nec eius excludunt Vicarium, ſed clare intelliguntur de ordinarijs exemptis, & Nullius, & non de Capitulo, quod non eſt inferius, ſed æquale Epiſcopo quo ad poteſtatem iurisdictionis ordinariæ comparatum illi poſt mortem, vt docet *Felin. in cap. Cum olim, de maior. num.* 4. *Megal. de Pœnit. lib. 1. cap. 13. num. 12.* Eſt enim Capitulum idem cum Epiſcopo, *Sbrez lib. 1. q. 15. num. 5. ex Innoc. in cap. Eam te, de reſcr. num. 6. & 7. Feder. conſ. 30. num. 3.*

332 Alexander Peregrinus cap. 3. de immun. num. 33. Verſ. Opinio, ait Vicarium Capitularem poſſe cognoſcere cauſas occurrentes in diæceſi ſuper immunitate, non autem in locis exemptis, & Nullius. Probat, quia Episcopus uicinior habet facultatem cognoscendi has causas, quæ occurrunt in locis exemptis, & Nullius iure extraordinario

huius

huius Bullæ, nam ante eam non habebat, ſicut non habebāt Epiſcopi facultatem ſibi conceſſam à Tridentino ſeſſ.24.cap.6. diſpenſandi in irregularitatibus,&c.quam habent iure ſolum extraordinario, vt docet *Suar.diſp.41.de conſ.ſect.2.num.13.fine*; ſed Capitulum ſede vacante ſuccedit ſolum in iuriſdictionem ordinariam, *ex cap.penult.de ſupplend.negl.Prælat.in 6.& cap.1.de maior.cap.1.de Inſtit.in 6.Suarez cit. Genuenſ. in Praxi Neapol.cap.* 85. Ergo Vicarius Capitularis non poteſt cognoſcere has cauſas in locis exemptis, ſed id munus eſt alterius viciníoris Epiſcopi.

333 ℟. Eam facultatem eſſe poteſtatem ordinariam, cum ſit à iure huius conſtitutionis, & conceſſa perpetuo dignitati, non perſonæ, ex q. 91. Qualis eſt pariter ea, de qua in Tridentino, vt ex Diana docent pleriq; ab eo citati part.7.tract.2. Reſol.3. probātes, Capitulum ſede vacante, poſſe abſoluere, & diſpenſare in ijs caſibus, de quibus in dicto cap.6 Tridentini. Adde, quod diuerſitas locorum non habet diuerſificare iuriſdictionem, eam de ordinaria facere extraordinariam, cum indifferenter ſit communicata à lege reſpectu quorumcunq; locorum ſiue exemptorum, ſiue non exemptorum, non enim ab illis habet eſſe, ſed à lege. Confirma-
334 tur, quia territorium qualecunq; illud ſit ſiue exem-

exemptum, ſiue non [illegible] eſt de ſubſtantia iu-riſdictionis, cum dependet ſolum à Principe, & lege; *Megal.lib.3.de cenſur.cap.10.num.63. Verſ. Et illos, Tambur.tom.3.dec.43* Et iuriſdictio eſt quid extrinſecum à territorio, *Bald.in l. Data opera ff.de accuſat. num.* 29. Ex diuerſitate ergo territorium non eſt diuerſificanda iuriſdictio.

Quæres 94. An iudex eccleſiaſticus debeat ſtare, vel poſſit vti proceſſu iudicis ſecularis in cognitione cauſæ immunitatis rei?

335 ℞. Non debet ſtare, nec poteſt proceſſui iudicis ſecularis, ſed proprium formare, & inde colligere quid ſit concludendum, nam iudex laicus ſuper ſuum proceſſum fundat petitionem rei ſibi reſtituendi, quia non gaudet immunitate, ita quod ſemper ex parte ſua aſſerit non gaudere, hinc eſt, quod iudex eccleſiaſticus non poteſt, nec debet ſtare proceſſui laici iudicis, quia ſemper probat reum non gaudere immunitate, & tamen vt experientia docet iudices eccleſiaſtici vt plurimum declarant reos gaudere immunitate, quare iudex ſecularis non poſſit petere reum gaudentem immunitate, ſi petat aliquem, ſupponit potius per ſuum proceſſum reum petitum non gaudere id perſuadendo magis, quam probando. Confirmatur, quia eius proceſſus in ordine ad cognitionem incluſionis,

vel

vel excluſionis immunitatis nihil probat,cum hæc cognitio ſpectet ad ſolum iudicem eccleſiaſticum, ex probatis quæſt. 86. ac proinde fabricatus à iudice laico tamquam incompetente, & carente iuriſdictione nullus omnino eſt, defectus enim iuriſdictionis inſanabilis eſt, *ex allatis à Guaz. Defenſ.* 1. *cap.* 1 *num.* 4. Et ita omnes fere docent *cum Farinac. conſ.* 76. *num.* 1. *&* 2. *conſ.* 168. *num.* 26. 12. *Append. cap.* 22. *num.* 373. *Clarus q.* 30. *Verſ. Quæro vltimo, Diana par.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 9. *& par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 31. *Peregr. cap.* 3. *num.* 2. *Ciarl. cap.* 10. *num.* 47. *Guaz. Defenſ.* 1. *cap.* 30. *num.* 7. *&* 8. *Riccius part.* 2. *reſol.* 285. *Bonac. p.* 7. *n.* 3. *cum alijs Dal Bene cap.* 16. *dub.* 43. *ſect.* 1. *Graſſis. §.* 29. *num.* 100.

336 Contrarium,quod ſtandum ſit proceſſui ſecularis iudicis,docet Giurba conſ. 50. num. 2. probat ex literis Clem. VIII. ad Archiepiſcopum Panormitanum,ibi: *Si tibi ſummarie, ſimpliciter, extraiudicialiter & quantum pro conſcientia informatione ſufficere tibi videbitur.* Sed talis informatio non requirit cognitionem, ergo ſtare poterit proceſſui laicali, qui reſpectu iudicis eccleſiaſtici erit extraiudicialis informatio, vt dicit *Decius in cap. At ſi clerici de iudic. num.* 90. Confirmatur, quia acta fori ſecularis probant in foro eccleſiaſtico, *cap. fin. de excep. in* 6. *Baldus in L.* 2. *ff. de ferijs in Addit. num.* 3. *Capella Toloſana*

ſana dec. 199. *Farinac. conſ.* 168. *num.* 25. *apud Ciarlin. cap.* 10. *num.* 45. & 46.

337 ℞. Illud argumentum nihil probare, cum ex verbis Clementis VIII. non inferatur ſufficere probationes laicales, nec ex illis colligatur, iudicem eccleſiaſticum poſſe, vel debere ſtare proceſſui ſecularis iudicis, immo contrarium ex illis verbis colligitur *Pro ſuæ conſcientiæ informatione*, quæ important informationem ex propria ſcientia proceſſus ſcilicet facti de eius mandato, qui & informatiuus appellatur, ex quo iudex venit in cognitionem, an gaudeat necne immunitate, ſummaria, & extraiudicialis informatio non tollit probationes proprias, & neceſſarias, ſed ſolum apices iuris, ſine quibus veritas inueſtigari poteſt, *Oſaſch. dec.* 1. *num.* 1. & 15. *Farinac. q.* 8. *num.* 86. *Verſ. Nihilominus q.* 63. *nu.* 13. Ita *Nouarius de Immun. num.* 8. *Dal Bene cap.* 16. *dub.* 43. *ſect.* 2. *num.* 11. & 12.

338 Alij dicunt cum *Ciarl. cap.* 10. *num.* 92. *Diana part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 31. *Verſ. Vidiſti*, illud reſponſum eſſe locale pro ciuitate Panormi. Nihilominus ſi ponatur commune, & vniuerſale, non tollit, quin poſſit iudex eccleſiaſticus procedere ſummarie, cum per hunc modum procedendi non tollantur vere probationes in proceſſu conſtantes facto per ipſum judicem eccleſiaſticum, ex allegatis *à Theodoſio clauſ.* 803.

803.*num.4.vbi ex Bartolo in l.1.ff. de prætor. ſtipulat.ſ. fin.num.1.& Cardin.conſ.7.num.3.* dicit,in ijs, in quibus per ſententiam patitur præiudicium intelligitur ſolum quo ad ordinem,non autem quo ad probationem, quia hæc debet eſſe exacta, vnde in hac materia non ſufficit probare homicidium ſimpliciter, ſed neceſſarium eſt probare qualitatem homicidij priuantem necatorem immunitate, qualitas enim ſupponit probationem ſubiecti, quicquid ex Gambacurta videatur dicere Giurba numero quinto.

338 Ad confirmationem dico acta vnius iudicis probare in alio foro, quando agitur inter perſonas eaſdem in ordine ad eundem effectum, & eiuſdem ſtatus, *ex cap. Inter dilectos, ſ. In omnibus, de fide inſtr. Gloſ. in cap.2. de ord.cogn. Farinac.conſ.*168.*num.*26. *Carl.*10.*num.*50. *Dal Bene cap.*16.*dub.*43.*ſect.*1.*nu.*2. Patet autem diuerſas eſſe perſonas, iudices, & effectus, nam fiſcalis eccleſiæ intendit defendere iura eccleſiæ, & laicus iudex punire reum, ergo iudex eccleſiæ ſola veritate inſpecta per propriam ſcientiam debet litem determinare.

Quæres 95. An Epiſcopus non requiſitus à curia ſeculari, poſſit formare proceſſum & reum probatũ non gaudere, eo declarato, conſignare curiæ ſeculari?

339 ℞. Epiſcopus, nec eius officialis ſine nota irregularitatis poteſt conſignare reum à ſe declaratum non gaudere immunitate, vt expreſſe colligitur ex verbis Gregorianæ. *Quando à curia ſeculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus à miniſtris, & officialibus curiæ ſecularis abſq; irregularitatis nota, aut alicuius cenſuræ eccleſiaſticæ incurſu tradi.* Ergo à contrario ſenſu, ſi non requiſitus tradat, facit contra Bullam, & incurrit irregularitatem, à qua ſolum excuſatur, ſi tradat ſecundum tenorem Bullę, ſi requiſitus cognouit, & declarauit non gaudere immunitate. Ita Graſſet. in Addit. num. 161. contra Gambacurtam. A fortiori erit reus, ſi tradat gaudentem immunitate, Bulla enim hanc traditionem conceſſit Epiſcopis in ordine ad eos reos, qui non gaudent immunitate, non autem reſpectu gaudentium. Ita *Bonac. diſp. 3. de legib. q. 7. p. 7. num. 3. Caſtropal. p. 11. num. 5. Farin. in Append. cap. 19. num. 304. Diana part. 6. tract. 1. reſol. 32. q. 2.* Qui plures refert nempe Corream, Suarez, Silueſtrum, & alios, tenentes contrarium. Probantes ex cap. Id conſtituimus 36. 17. q. 4. ibi: *Reos extrahere omnino non liceat, niſi ad euangelia datis Sacramentis, de morte, & debilitate, & omni pænarum genere ſint ſecuri, & ei, cuius reus fuerit criminoſus de ſatisfactione conueniat.* Non diſtinguit inter reos gaudentes, & non

non gaudentes, ergo per Epiſcopum omnes rei indifferenter extrahi poſſunt.

340 ℞. Nonquam extrahi poſſe reum de loco ſacro, niſi in ordine ad punitionem vt patet ex Bulla Gregoriana, & in ſolo caſu non gaudendi immunitate, & ad hanc vnicam formam Summus Pontifex reduxit hanc de immunitate materiam, non obſtantibus quibuſcunque iuribus, & priuilegijs. Quare textus allatus non conuincit, cum non referatur ad punitionem; & noſtris temporibus nullus requirat talem extractionem gratioſam.

341 Quare confugiens ad Eccleſiam reſpectu eorum delictorum, quæ non priuant immunitate manutenendus eſt in poſſeſſione huius priuilegij, ita quod ex nulla cauſa tradi poteſt in manus curiæ ſecularis, cum habeat ius ſe defendendi etiam contra Epiſcopum, qui non poteſt eum priuare immunitate ſibi conceſſa iure pontificio, immo & iure diuino in opinione quorumdam. Nec his obſtat eorum opinio aſſerentium immunitatem eſſe conceſſam immediate, principaliter, & directe Eccleſiæ; ſecundario & in conſequentiam reis ad eam confugientibus, qui plures ſunt citati *à Graſſeto ʃ.29.numero* 123. nec Maſtrilli, Giurbæ, & Marini ibidem numero 125. aſſerentium

eſſe priuilegium mixtum ex loco, & reis, quia acceſſorium ſequitur ſuum principale, ſed nemo poteſt priuare eccleſiam ſuo immunitatis honore, ergo neq; reum in ea exiſtentem.

Quæres 96. An Eccleſia, & reus in cognitione cauſæ ſint citandi? Item an fiiſcalis ſecularis, tam in proceſſu probatorio, quam in ſententia declaratoria, quod gaudeat, vel non gaudeat immunitate?

342 Reſpond. Omnes citandi ſunt fiſcalis Eccleſiæ tam in proceſſu informatiuo, ſeu probatorio, quã in ſententia declaratoria, quia omnes, qui in cauſa intereſſe habent, citandi ſunt, cum agatur de eorum præiudicio, eſt enim citatio de iure naturali, *Doct. ꝛul. fin. C. de legib. Vantius de Nullit. in Rubr. de defectu citat. numero ſexto Mar. Anton. lib. 1. reſol. 29. numero ſexto. Giurba conſ. 39. numero 42.* Quæ proinde nulli deneganda eſt, quam nec Deus negauit Adamo, cui vocato dedit defenſiones; ſed vterque fiſcalis habet intereſſe in cauſa immunitatis cum ipſo reo; eccleſiaſticus quidem ne fiat irreuerentia eccleſiæ, & iniuria reo, quos ex officio tuetur cõtra fiſcalem ſecularem, qui viceuerſa citatur ad reſpondendum, quare non debeat reus gaudere immunitate. Confirmatur, quia cauſa immunitatis ſine iudicio non tractatur; ex Gregoriana; ſed

citatio

citatio eſt prima pars iudicij *Inſtit. De pœna temere litig. §. Omnium*, ergo ab ea incipiẽdum eſt, ita quod non valent depoſitiones teſtium, citatione omiſſa, quando agitur de præiudicio tertij, *Farinac. deciſ. crim.* 145. *num.* 2. Et ita de citatione fiſcalis eccleſiæ, & rei *Farin. conſil.* 168. *num.* 48. *in Append. cap.* 22. *num.* 376. *Peregr. cap.* 3. *num.* 9. *Bonac. p.* 7. *num.* 10. *Diana par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 112. *ex eis Dal Bene cap.* 16. *dub.* 44. *ſect.* 1. *Caſtropal. p. fin. num.* 11. *Graſſet. §.* 29. *nu.* 104. *Verſ. Vidi*, & in Addit-num. 180. dicit, citandum eſſe fiſcalem ſecularem in vtroq; & ſic practicari Placentiæ ille teſtatur, & ego Parmæ, concurrunt enim ambo fiſcales tam in formatione proceſſus, quam in ferenda declaratoria.

343 Gratian. *cap.* 596. *num.* 28. *ex Gomez, & Aufrerio, & alijs allatis à Farinac. citato conſil.* 168. *num.* 42. *ad* 48. *& Graſſeto §.* 29. *num.* 104. dicit, non citari partem, & probat primo, quia immunitas primo, & per ſe competit eccleſiæ, reis vero ſecundario, & in conſequentiam *ex Couar. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 11. *Decian. lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 1. *fine, & alijs relatis à Graſſet. nu.* 123. Ergo non oportet citare reum. Secundo, quãdo probatio fit ad inſtruendum iudicem non eſt neceſſaria citatio, *ex Innoc. Bart. & Baldo apud dictum Farinac. num.* 45. Talis eſt probatio in cauſa immunitatis, ergo. Tertio, neq; illi, de quorum intereſſe

agitur in conſequentiam ſunt citandi, multis citatis ibidem *Farin.num.*43. Quarto in cauſa aſſaſſinij non eſt neceſſaria citatio *ex Hoſtienſi in cap.* 1. *de homic. in 6.num.* 37. *& alijs.* Ad quæ argumenta reſpondent Farinac.*num.*48. *& ſeq. Caſtropal.p.fin.num.* 10. *Dal Bene cap.* 16.*dub.*44.*ſect.*2.

344 Ad primum reſpondetur, aliud eſſe eccleſiam, & reum comparari inuicem in ordine ad aquiſitionem iuris immunitatis, & in hoc ſenſu procedit argumentum, aliud eſſe ſpectare vtriuſq; intereſſe, læditur enim eccleſia, quia inhonoratur; læditur etiam reus, ſi extrahatur non ſeruatis ſeruandis, & in hoc ſenſu tam læditur vnum, quam alterum, ergo non minus intereſſe habet reus, quam Eccleſia, ſi ergo citatur eccleſia, vt ſuum honorem tueatur, etiam reus, ne illi præiudicium fiat. Immo conceſſo antecedente ſimpliciter, negatur conſequentia, ſiquidem conceſſio immunitatis ex ea differentia non infert, nec aufert citationem, cum inter ſe ſint diuerſa.

345 Ad ſecundum, illud verum eſt, quando ex inſtructione non agitur in ordine ad damnum tertij, vti docent *Innoc. Hoſt. & Abbas in cap.fin.de præſumpt. apud Farin.conſ.*168.*num.*56. Certum autem eſt hic agi de præiudicio tertij, nimirum rei, contra quem inſtruitur proceſſus an priuandus ſit immunitate, in cuius eſt poſſeſſione.

Ad

346 Ad tertium, falſum eſt, agi de intereſſe rei in conſequentiam, immo directe, & immediate, dum proceſſus ordinatur directe ad ipſum priuandum iure, & poſſeſſione priuilegij immunitatis, ex quo ſequitur irreparabile damnum ex conſignatione curiæ ſeculari.

347 Ad quartum, in cauſa aſſaſſinij neceſſaria eſt citatio, cum & in hoc agatur de præiudicio rei, & eius irreparabili damno, ſicut in proditorio; & hoc eſt certum, quandocunq; enim lex ipſo iure pænam imponit contra transgreſſorem, ſemper debet præcedere ſententia declaratoria facti, cauſa cognita, ac proinde parte citata, vt docent Ioan. Andr. Archid. & alij, quos cum multis alijs citat Barb. ad dictum cap. 1. de homic. in 6. num. 22.

Quæres 97. An dilationes à reo petitæ ad probandum, & ſe defendendum gaudere immunitate, dandæ ſint? Videtur quod non, quia in cauſis ſummarijs, vt hæc de immunitate, non dantur, Clem. Sępe, de verb. ſign. ibi: *Amputet dilationum materiam*; ſed in hac cauſa proceditur ſũmarie, ex Reſcripto Clem. VIII. ad Archiepiſcopum Panormitanum, de quo ſupra ſub num. 278. ergo.

345 ℟. Sic, quia illæ tendunt ad defenſionem ipſius rei, cui proinde deaegari non poſſunt. Ita *Farinac. q. 168. num. 64. Ciarlin. cap. 10. num. 151. Dal Bene cap.*

16.dub.45.num.5; Caſtropal.p.fin. in fine.Graſſet. §.29. num. 112. Vbi num. præced.citauit in contrarium Giurbam conſ.50 num.5.& Pignatellum,ea ratione, quod redderetur valde difficilis obſeruantia Gregorianæ, ſi ſuper qualitate eſſet audiendus ipſe reus in ſuis defenſionibus.Sed hæc ratio non obſtat, cum ſit contra ius naturale, quod nulli negat defenſiones, potiſſima enim probatio in materia immunitatis conſiſtit in probatione qualitatis ex fiſci ſecularis, & in excluſione illius ex parte rei, contra quem ſi non aperte probatur qualitas non eſt conſignandus curiæ ſeculari; quare ab obſcura probatione fiſcalis ſe poterit tueri reus.

Ad rationem dubitandi reſpondetur, illum textum loqui de dilationibus, quæ non ſunt defenſiones, ſed tantum apices iuris, quæ retardant proceſſum ſine aliqua defenſionis neceſſitate, ex allatis a Barb. ſuper dictam Clem. num.4.& 6.

340 Quæres 98. An in hac cauſa interuenire debeat oblatio libelli,& litis conteſtatio?

℞. Neutrum eſt neceſſarium in ſua ſolemnitate formali, quia ſufficit ſimplex facti narratio,in ijs,quæ etiam ſimpliciter, & ſummarie tractari poſſunt,ex Clem. ſæpe de verb. ſignif. ibidem Barb. num. 2.& 3. ſunt enim apices iuris non neceſſarij ad veritatem indagandam,vt ex Peyrino, & alijs docui tom.5.

In Prax. crim. cap. 2. num. 23. & 24. Narratio ergo facti ex parte fiſcalis ſecularis petentis reum ſibi eſſe conſignandum, quia non gaudet immunitate Eccleſiæ, ſupponit pro libello, & reſponſo rei probantis ſe gaudere immunitate, eſt litis conteſtatio. In terminis, quod neutrum in hac cauſa ſit neceſſarium; docent *Farin. conſ. 168. num. 63. & ex eo Dal Bene cap. 16. dub. 45. num. 3. Graſſet. §. 129. num. 128.* Eorum tamen ratio non placet, quæ eſt, quia non proceditur ad pænam delicti, ſed ad ipſius qualitatis cognitionem, & ex officio, nullo accuſatore interueniente, & ſic verſari videmur in cognitione extraordinaria, in qua neutrum eſt neceſſarium, *ex Speculat. in tit. de offic. orn. iud. §. fin. num. 9.* ſtante etiam arbitrio ordinarij, in quo caſu neutrum eſt neceſſarium ex Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 8.

350 Non placet, inquam, ea ratio, quia eſto cognoſcens hanc immunitatis cauſam non intendat pænam, ſed tantum declarare, reum non gaudere immunitate, tamen pæna eſt intenta in cauſa cognitionis declaratiuæ, ſi quidem ea mediante & priuatur poſſeſſione immunitatis, & conſignatur curię ſeculari intendenti punitionem, alias ſi nullo modo eſſet pæna intenta, ex parte iudicis eccleſiaſtici nõ fuiſſet neceſſaria exemptio ab irregularitate, vt alias ſupra dixi.

Quæres

Quæres 99. Coram quo iudice fiſcalis ſecularis producere debet ſuos teſtes?

351 ℞. Coram iudice eccleſiaſtico, ad quem ſolum ſpectat cognitio huius cauſæ. Quare producti coram ſuo iudice ſeculari nihil probant, cum is ſit iudex incompetens in hac cauſa. Ita omnes *cum Claro q. 36. num. 44. Gramat. conſ. 42. num. 2. Farinac. conſ. 76. num. 1. & 6. Guaz. Defenſ. 1. cap. 5. num. 1.*

352 ℞. Si eorum dictum nullum patitur defectum non ſunt repetendi, quia repetitio pertinet ad apices iuris in hoc ſenſu, quod non deducunt in veritatem. Si vero patiuntur dicta teſtium aliquam difficultatem, ſunt tunc repetendi ad inſtantiam rei, quia in hoc caſu repetitio eſt ſpecies defenſionis. Ita in noſtris terminis *Ciarlin. cap. 20. nu. 150. & Dal Bene cap. 16. dub. 44. ſect. 3.* contra *Guazin. Defenſ. 1. cap. 31. num. 9.*

Quæres 101. An proceſſus ſit publicandus reo, vt poſſit ſe defendere, quod gaudeat immunitate?

353 ℞. Affirmatiue, quia ex non publicatione tolluntur ſaltem indirecte defenſiones, quæ fieri non poſſunt, niſi data ei copia proceſſus, publicare .n. proceſſum, ſeu nomina teſtium, & eorum depoſitiones, & tradere reo copiam proceſſus idem ſunt, vt docui *cap. 49. in Praxi Crim. tom. 5. impreſſ. Lugdun.* Et ita docent citati à *Farin. conſ. 168. num. 65. Caſtropal.*

pal.p.13.num.14.Del Bene cap.16.dub.45.num.6.Ciarliv.cap.10.num.153.cum alijs Graſſet.§.29. num. 109. ſiue procedatur cum ſtrepitu iudiciali,ſiue ſine illo, & ſummarie.Contra Merlinum *Pignatellum cap.40. num.15.*ex doctrina *Panorm.conſ.41.num.1.Verſ. Ex quibus verbis*, vbi dicit non eſſe publicandum proceſſum in informatione extraiudiciali,quam ſequitur *Gonzal.§.7.Proam.num.233.ex eodem Merlino apud Graſſet.num.*108.Sed id non vrget,quia Panorm.ibi agit de informatione in cauſa alienationis rerum eccleſiæ, & in ordine ad aliquam pænam, vt ſit in cauſa immunitatis.

Quæres 102. An in hac cauſa detur appellatio tam ex parte rei,quam fiſcalis contra reum?

354 ℞. Vterq; appellare poteſt, ſi manifeſte patet de grauamine, cum id ſit iuris naturalis, vt quiſq; ſe defendere poſſit,licet enim in Bulla id prohibeatur ,ibi: *Quacunq; appellatione poſtpoſita*. Id tamen venit intelligendum de appellatione friuola, & vana, in cauſa,in qua non apparet manifeſte iniuſtitia, & grauamen; ſic omnes interpretantur eam clauſulam *apud Barboſ.clauſ.hac 9.num.* 15. *apud Theodoſium Rubeum clauſ.*171.*num.* 7. Et ita intelligendi ſunt in his terminis, ſcilicet, neutri concedi appellationem,niſi manifeſte conſtet de iniuſtitia, *Ciarlin.cap. 10.num.154.cap.116.num.69. Farin. conſ.168.num.*

67.

67.fine;Guazin.Defenſ.1.cap.31.num.6.& 11.Peregr. cap.16.num.33. Diana part.4.tract.1.reſol.97.fine Sperell.dec.65.num.2. Vbi, quod vni conceditur appellatio; alteri eius correlatiuo deneganda non eſt, cum relatiua, vti ſunt reus, & fiſcus, non ſint iudicanda ad imparia, ſed inter illos ſeruanda eſt æqualitas iuſtitiæ; ac proinde ea clauſula vtrunq; ex æquo inficit, licet videatur directa ad reum tantum, quod negandum eſt, ne ſequatur abſurdum inæqualitatis iuſtitiæ.

355 Hinc deducitur, iudicem ſecularem teneri reſtituere Eccleſiæ reum licet extractum de licentia Epiſcopi, ſi conſtet, illum non commiſiſſe delictum qualificatum exceptum in Bulla Gregoriana, quia ſententia lata ab Epiſcopo, de cuius iniuſtitia manifeſte conſtat, vti nulla, & inualida nihil prodeſſe poteſt iudici ſeculari contra reum, qui adhuc gaudet immunitate, quod enim nullum eſt, nullum effectum producere poteſt. Ita *ex Marino cap.175.tom. 2. Diana par.4.tract.1.reſol.97.*

Quæres 103. Quid agere debeat iudex eccleſiaſticus in dubio, an reus gaudeat immunitate?

356 ℟. Adhibita diligentia, ſi res adhuc remanet dubia, fauendum eſt reo, ſiue dubium ſit negatiuum, ſiue poſitiuum, vt probaui ſub num. 207. Confirmatur, quia nihil concludi poteſt contra reum, qui

qui certo poſſidet priuilegium immunitatis dum manet in eccleſia,ſeu alio loco ſacro;eſt enim irrationabile, quod effectus certus infringatur per cauſam dubiam.

357 Gambacurta lib. 6. cap. 16.num. 1.5. & 6. apud Graſſetum §. 29.num. 138.aſſerit,eſſe iudicandum fauore actoris contra reum, & probat primo, quia articulus immunitatis non pertinet ad finem cauſæ,in quo ſit fauendum reo;ſed ad principium eiuſdem cauſæ,hinc enim cauſa ſumit originem,in quo fauendum eſt actori ſecundum *Gloſ. V. Actori, Reg. Cum ſunt partium de Regu'.iur. in 6.* Secundo quia ius actoris ad petendum contra reum debitas penas ſecundum leges equale eſt iuri ipſius rei ſe defendentis,ad oſtendendum ſe non commiſiſſe tale delictum,cum vtrunq;naturale ſit;ius autem competens reo ex priuilegio immunitatis cum ſit humanum poſitiuum minus eſt illo naturali actoris ad petendum pœnam debitam,ergo potius fauendum eſt actori,vt conſeruentur vtraq;iura integra, quæ ſunt paria, quam reo, cui fauore illi conſeruatur ius poſitiuum immunitatis cum præiudicio iuris naturalis actoris ad pænam petendam.

358 Ad primum reſpondetur dictum Gloſæ,vt ipſamet ſe explicat fauendum eſſe actori, ſi fauor cauſæ id expoſcat,id autem cauſa immunitatis non inducit,

ducit,cum ſit tantum fauorabilis reo; Regula ergo non procedit ſi actor tueatur cauſam fauorabilem quam hic non tuetur , ex quo enim tunc omnia ex parte ipſius,& rei non ſunt paria,præponderat fauor cauſę ex parte rei, non actoris ex allatis in dicta Regula à Barboſa num. 4. Deinde hic non agitur de vna cauſa, ſed de duabus valde diuerſis, nempe de immunitate , & punitione reſpectu diuerſorum iudicum , de communi *Sperell.dec.*101.*nu.* 58. *Dal Bene cap.* 16. *dub.* 43. *ſect.* 1. *num.* 2. cum eis Graſſet.§.29.num. 144. reſpondens, Gloſam procedere reſpectu eiusdem cauſæ , non diuerſarum.

359 Ad ſecundum dico, ius vitæ defenſiuum,& conſeruatiuum præponderat iuri vindicatiuo pænarum,melius enim eſt conſeruari,quam deſtrui,ideo cum ea iura non ſint paria , fauendum eſt reo , non actori,qui tendit ad deſtructionem, non ad conſeruationem. Aliter reſpondet Graſſet.num. 146.

Quæres 104. Quomodo ſe gerere debet iudex in paritate opinionum ? nam fiſcus pares habet rationes , quod non gaudeat, pro reo, quod gaudeat immunitate , æquales ſunt. Caſus eſt magis ſpeculatiuus, quam practicus.

360 ℞. Quando iudici pares offeruntur rationes pro immunitate,& contra immunitatem conſtituentes opiniones probabiles, tunc non dicitur dubitare,

ſed

ſed opinari, ac proindè iudicare debet ad fauorem rei, quia in opinionibus fauendum eſt immunitati, vt dicunt Doctores infra citandi. Confirmatur ex cap. Ex literis 3. de Probat vbi, ſi ambarum partium teſtes ſunt æque idonei, præferuntur teſtes poſſeſſoris, quia iura ſunt promptiora ad abſoluendum poſſeſſorem, quam ad condemnandum, ſicut cum agitur de libertate, illi iura ſemper fauent; certum autem eſt, reum exiſtentem in Eccleſia eſſe poſſeſſorē immunitatis, vnde cū reus hoc ſemper habeat ante declarationem, non videtur poſse dari paritatem, in hoc caſu. Et ita docent *Nauar. cap. 27. num. 287. Dal Bene cap. 16. dub. 37. num. 27. Ciarlin. cap. 129. num. 48. Sperell. dec. 105. num. 46. Diana part. 6. tract. 1. reſol. 30. Verſ. Et tandem, Graſſet. §. 29. num. 136. & 37.* Vbi ait, quod quando intellectus habet pro vtraq; parte æquales omnino rationes, in neutram partem præ altera inclinare poteſt, ſed ſuſpenſus hæret, vt aſſerit ex ſententia *Caram. in Theolog. Fund. 1994. Verſ. Addebant ſecundo, Paſſer. de Pollut. eccl. viſp 1. cap. 20. num. 2 Leſſ. lib. 2. cap. 20. num. nu. 45. cum Comitolo, & Mercoro par. 2 art. 16. fol. 539.* Si ergo factum eſt dubium, non eſt probatum vllo modo nec perfectè, nec imperfectè, ergo locus eſt immunitati, concludit Graſſetus, & comprobat infra ſub num. 162. fauorem ſcilicet rei præferen-

dum

dum eſse fauori iuris ad punienda delicta, quia fauor immunitatis habet rationem maioris boni,& eſt in ordine ſuperiori, vt docet *Dal Bene cap.* 16. *dub.*2.*num.*13. vnde contra *Gonnum. q.*2.*num.*7.*Verſ. Sed quid dicemus*, non ſunt æqualis conditionis fauor reipublicæ, & eccleſiæ, ex allatis differentijs.

361 Hic duo mihi non placent, primum eſt, in opinionibus æque probabilibus dari,& miſceri dubium;alterum, quod ſequitur ex priori, intellectum in opinionibus æque probabilibus remanere ſuſpenſum, nec poſſe inclinare in vnam partem præ altera.

362 Primum reijcio, non enim dubium miſcetur cum opinione, quia dubium excludit aſsenſum, & diſsenſum ab obiecto, cum intellectum relinquat ſuſpenſum,& indifferentem, ambiguum,& ancipitem non magis inclinans ad vnam partem, quam ad aliam, quia non habet motiua,quæ ſufficiant ad determinandum intellectum ad aſsenſum vnius partis, tranſiret enim tunc in opinionẽ, quæ eſsentialiter, & neceſsario determinat intellectum ad aſsensum, cum opinio ſit eſsentialiter aſsensus, quem excludit dubium, non poſsunt ergo ſtare ſimul; conſequenter poſitis duabus opinionibus æque probabilibus, ponitur in eis aſsenſus, ergo excluditur dubium, quod aſsenſu caret. Inſuper

certo

certò ſcio vtranq;opinionem habere æqualia motiua probabilia, ergo nihil dubito, ergo cum opinione non miſcetur dubium, cum aliud ſit opinari, aliud dubitare.

369 Secundũ repello, quia hoc ipſo, quod ſcio vtrãq; opinionem ex ęquo eſſe probabilem meus intellectus non poteſt non inclinare in vtranq; ex conditione obiecti opinati ſecundum veritatem, quam habet in ſuis probabilitatibus, potentia enim omnis inclinatur in ſuum obiectum, ſecundum formalem rationem, qua in illud tendit, poterit ergo intellectus non obſtante ea qualitate iudicare vnũ, & non aliud, concurrente voluntate ad eligendum potius vnum, qnam aliud, ex quo operatio non caret prudentia ex probabilitate opinionis.

364 Ad rem noſtram redeundo, dico iudicem in paritate opinionum debere declinare ad fauorẽ rei ex ſupradictis, tum quia iudex in paritate debet eſſe promptius ad abſoluendum, quã ad condemnãdũ; tũ quia immunitas eſt de genere libertatis, cui fauendũ eſt, tũ quia immunitas eſt altioris ordinis, tũ quia reus habet meliorem conditionem, cum ſit poſſeſſor immunitatis, his ergo ſpectatis mutatur æqualitas in opinionibus.

Quæres 105. An occidens cum ſpe veniæ, & immunitatis gaudeat immunitate? Ille autem dicitur de-

linquere ſub ſpe immunitatis, qui non caſu, nec in
365 rixa delinquit, ſed ex propoſito, & conſulto occidit, vel mutilat in eccleſia, vel eius Cęmeterio, vt docent Canon. *in cap fin. de Immun. quos citat ibi Barb. n. 3. Azor. par. 2. lib. 9. cap. 9. q. 9. Mar. Italia cap. 5. §. 3. n. 1. Riccius par. 2. reſol.* 157. In eo autem cap. definitur, illũ non gaudere immunitate, qui in eccleſia, vel cæmiterio mutilat, vel occidit cum ſpe immunitatis.
366 ℞. Si mutilat, vel occidit in Eccleſia, vel Cæmiterio, ſiue cum ſpe immunitatis, ſiue ſine illa priuatur ſine dubio immunitate, quia licet textus præfati capitis decernat tales, qui cum ſpe immunitatis delinquunt, non gaudere; tamen Gregorius in ſua Decretali ſimpliciter determinat eos non gaudere, ergo ſiue talem habeant ſpem, ſiue non, carent immunitate. Et id probatur, quia quando duæ cauſæ concurrunt, vt hic, ſpes immunitatis, expreſſa in textu dicti capitis, quæ impulit legislatorem ad eã legẽ concludendã, & cõſeruatio honoris, ac reuerentiæ debitæ loco ſacro, expreſſa in Gregoriana,
367 tunc illa eſt attendenda, quæ verificatur in omni caſu, ſed reuerentia eccleſiæ debita opprimitur, & tollitur, quouis modo homicidiũ cõmitatur in eadẽ, ergo sẽper caret immunitate. Ita *Nauar. cap. 25. n. 20. Verſ. Nec refert, Farin. q. 28. n. 54. Suar. de Relig. tõ. 1. lib. 3. cap. 11. n. 6. fine, Caſtropal. p. 9. n. 12. Sãchez lib. 6. cap. 1. du. 8. n. 18. cũ alijs Barb. lib. 1. de iure ca. 3. n.* 104. Quę-

Quæres 166. An occidens prope eccleſiam gaudeat immunitate? Ratio dubitandi, quia præſumitur occidiſſe cum ſpe immunitatis, cum vicinitas ſtatim ingrediendi in Eccleſiam id arguat. Et ita docent *Nauar.cap.25.num.22.Decian.lib.6. cap.28.num. 5.Verſ. Ex quo infero, Menoch.lib.6.præſumpt. 10.num. 12.Farinac. q. 28.num.56.cum alijs Barb. ad cap.fin. de immun.5.* diſtinguens, id procedere, quando quis prope Eccleſiam ſtudioſe deliquit animo facilius ſe tuendi in eccleſia, alias non.

368 ℞. Gaudet immunitate, quia vterq; textus cap. fin. & Gregorianæ priuāt immunitate eum ſolum, qui occidit, vel mutilat in Eccleſia, vel Cæmiterio, qui autem extra delinquit, non dicitur intra delinquere, ergo ſi delinquens extra gaudet, ſimpliciter gaudet, ſiue deliquerit cum ſpe immunitatis, ſiue ſine illa, notum enim eſt, quod quiſque poſt delictum cōfugit da Eccleſiā. Et ita docent *Ambroſ.cap. 5.num.4. Italia cap. 4.§.7.num.17. Suares cap. 11.num. 4.Peregr.cap.6.num. 30. Diana par. 1.reſol.3. Gratian. cap.615.33.Nauar.de Immun.num. 5.Sperellus deciſ.50. num. 18.*

Contrarium tenet Barboſa, vt ſupra, & lib.2.cap.3. num. 109. quia præſumitur deliquiſſe ſub ſpe immunitatis, quia nō ſolū in Eccleſia, ſed etiā qui occidit prope illā delinquit ex Doctorib. allegatis à.

Farinac.de Immun. n. 212.& 214.apud Barb.ſuper di-ctum cap.fin.num.5.fine, & cit.cap.3.num. 109. Giurba conſ. 90. num.6.

369 Reſpondeo, in dubio non præſumi deliquiſſe ſub ſpe immunitatis, aliter nullus immunitate gauderet, cum omnis poſt delictum currat in Eccleſiam, vt non capiatur, vt multis citatis docent *Giurba cit.conſ.90.num.* 1. Inſuper ſpes gaudendi immunitate cum dependeat ab animo, & voluntate ſperantis, quæ ſolis coniecturis probatur, adeo quod concludenter probari non poteſt, iudex eccleſiaſticus nonquam deuenire poteſt ad talem ſententiam, cum non poſſit vere cognoſcere per teſtes, quod eam ſpem delinquens habuerit. Hinc eſt, quod Gregoriana de huiuſmodi ſpe mentionem non fecerit, & ideo talis caſus habetur pro omiſſo. Certum quoq; eſt occidentem alium, qui domum habet prope Eccleſiam non poſſe dici habuiſſe ſpem immunitatis, cum ex tali loco ſpes non arguatur, cum talis locus ſit illi proprius ad habitandum, vel tractandum propria negotia.

Quæres 107. An Rector Eccleſiæ, & Superiores Regulares ex Eccleſijs, & ſuis locis, & monaſterijs poſſint licentiare, reijcere, & excludere reos, & decoctores ad illa confugientes?

370 R. Affirmatiue, dummodo eiectio non fiat malo animo, & doloſe, vt excluſus incidat in manus ſatellitum, in hoc enim caſu non licet excludere, à pari, ſicut nec iudex Eccleſiaſticus doloſe poteſt reum conſignare curiæ, ita nec Rector excludere, vt cadat in manus illorum, aliter ambo fiunt irregulares, ſi ſequatur mors, & incurrunt ipſo facto cenſuras, & pænas easdem, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis eccleſiaſticæ violatores ſunt promulgatæ, vt dicitur in Gregoriana. Et ad has pænas incurrendas requiritur præſumptio ibi: *Attentare præſumpſerit.* Quamuis autem ſupradicti omnes à loco ſacro, ſeu religioſo doloſe excludentes cum euidenti periculo reos incurrant irregularitatem, ſi mors ſequitur, quia ad illam dicuntur cooperatos fuiſſe; tamen non incurrunt cenſuras, & alias pænas, quia Gregoriana eas promulgat contra excludentes auctoritatiue, vt patet ex verbis Bullæ: *Quod ſi quis quacunq; dignitate, & auctoritate præditus præmiſſorum, aut alio quouis prætextu quicquam præter, aut contra noſtræ conſtitutionis tenorem atten-*
371 *tare præſumpſerit*. Sed Rector, & Regulares non excludunt reos auctoritatiue, cum nullam auctoritatem realem, nec prætenſam habeant ſuper eos, cum neq; illis ſint ſubditi, vt notum eſt, ergo non comprehenduntur ſub illis verbis; ſed tantum Epi-

ſcopus, Officialis, & iudex Eccleſiaſticus, & miniſtri curiæ ſecularis, qui nominantur in præcedentibus dictæ Gregorianæ. Quare ſi excluſio fiat non malo animo, ſed ex cauſa vt quia habitatio eſt incommoda, vel quia habitare non poſſunt infra clauſtra niſi conuerſando continue cum religioſis ob anguſtiam loci; vel quia dubitatur, eos longo tempore fore manſuros infra clauſtra, vt ſolet accidere; vel quia rei ſunt facinoroſi, aut fures, aut malæ famæ, vel inquieti, & tædioſi religioſis cum illis contendentes, reijci poſſunt ſine aliquo periculo tranſgrediendi præciſe Bullam Gregorianam, quæ nec de illis loquitur, vt dictum fuit, cum ſit contra illos, qui auctoritatiue agunt contra illam. Dixi etiam de hac re Reſolut. 1. q. 11. & 12.

Quæres 108. An huiuſmodi cauſa immunitatis ſit criminalis, an ciuilis, an ex his mixta? Pro reſolutione Doctores fere omnes in hoc conueniunt,
372 quod criminalis cauſa eſt illa, in qua agitur de delicto corporaliter puniendo ad vindictam publicam; habet igitur pro obiecto tantum delictum puniẽdum in ordine ad commodum publicum rei-
373 publicæ; pœna enim eſt metus multorum *Deuter. 18. 13. cap. Quapropter 47. 2. q. 7. cap. fin. de calumn. l. Aut facta 16. §. Nonnunquam ff. de pœnis.* Ciuilis vero, quando in iudicio principaliter agitur ad commo-

dum

dum priuatum,ſiue cauſa deſcendet ex delicto,ſiue ex contractu. Commodum ergo publicum facit differre criminalem à ciuili, quæ ſpecificatur à cõmodo priuati,dum ambæ ratione materiæ verſantur circa delictum puniendum, cum ea differentia, quod criminalis reſpicit tantum delictum, quod originem tribuit cauſæ criminali, ciuilis vero etiam contractum, vt in negotijs ciuilibus. Finis ergo cauſæ criminalis tendit ad vtilitatem publicam, ciuilis vero ad priuatam. Mixta demum eſt illa, in qua pæna partim fiſco,partim priuato applicatur. Vide Doctores allegatos à Barb. in Rubr. de Iudicijs num.4.5.& 6.

374 Quoniam autem ad cognoſcendum,an cauſa ſit criminaiis, an ciuilis in primis eſt inſpiciendum à quonam originem, & principium habeat, *l. Ictus fuſtium ff. de his, qui not. infam.l. Si tamen ff. ad Maced. Farinac.conſ.*85 *.num.*40. Hinc eſt,quod quando cauſa habet originem à delicto,ea vocatur criminalis, dum pæna contra delinquentem ordinatur ad vtilitatem publicam. Quare illa cauſa,in qua agitur ad remotionem,& priuationem alicuius ab officio, beneficio,&c.propter delictum,dicitur criminalis, cum reipublicæ interſit, vt mali officiales remoueantur. *Nauar.de Iudic.num.*32. *Farin.q.*25 *.lit.d.* Si vero remoueantur non ob delictum, ſed ex alijs de-

 fectibus,

ſectibus, cauſa eſt ciuilis, *Alex. de Neuo apud Panorm. ad cap. 3. 2. de ſimon. in Addit. liter. C. Nauar. cit. Farmac. deciſ. crim. 113. num. 2.* Itaque criminaliter deſumitur, & ſpecificatur per ordinem ad pænam inductam ob bonum publicum, ciuilitas vero ad aliud, quod pænam non inducit, & reſpicit tantum bonum priuati.

375. ℞. Cauſa immunitatis reorum eſt criminalis ſi referatur ad odium, hoc eſt, ad ſententiam declaratiuam, quod reus non gaudet immunitate; ciuilis vero ſi referatur ad fauorem, quo per ſententiam declaratur, reum gaudere immunitate. Probatur vtrunq; ſimul, quia vtraq; cauſa habet originem à delicto, cum ea differentia, quod declaratoria odioſa ordinat cauſam ad pænam, nam per eam reus priuatur poſſeſſione immunitatis, & traditur iudici puniendus; per fauorabilem vero remanet in poſſeſſione immunitatis, & ſic non ordinatur ad aliquam pęnam ſubeundam, ergo in priori ſenſu eſt criminalis, in poſteriori ciuilis. Confirmatur, quia iudex eccleſiaſticus reſpectu ſententiæ odioſæ eximitur ab irregularitate per Gregorianam, quam incurreret conſignando reum puniendum, ob mortem defectu lenitatis, qua exemptione non eget reſpectu ſententiæ fauorabilis, quia non ordinatus ad aliquam pænam, ergo illa

illa cauſa eſt criminalis, hæc vero ciuilis. Hanc ſententiam ſupponit Peregr.cap.3.num.22. Graſſet. ſ.8.num.66.cum Manrique q.57.num.8.aſſerit, hanc immunitatis cauſam eſſe ciuilem non criminalem,probat, quia verſatur directe, & principaliter circa articulum de competentia iudicis, inquirendo ſcilicet, an reus ad Eccleſiam confuga ſubſit, necne iurisdictioni iudicis laici propter cõmiſſum delictum; incidenter autem, ſecundario, & per modum cauſæ circa ipſum delictum, non ad illud puniendum, ſed ad declarandum circa ipſum competentiam,vel incompetentiam iurisdictionis laicalis,*ex dicto Peregr.num.7.Giurba conſ.50.num.11. Gambac. lib.6. cap. 15.num.6.* Inquit enim Peregr. quod cognitio delicti non principaliter, ſed incidenter, & ſecundario pertinet ad Epiſcopum ad effectum, vt videre poſſit, an delinquens gaudeat immunitate; vnde & vocatur à Giurba articulus de competentia. Per hæc quoq; volentes non requiri ad huius cauſæ cognitionem concludentem, & plenam probationem,quorum rationibus ſatiſfeci ſupra q. 82.

376 Contra eſt,quia cauſa,de qua in Gregoriana immunitatis, à iudice eccleſiaſtico, non incidenter, non ſecundario, ſed per ſe, & principaliter tractatur, vt aperte colligitur ex eius verbis, ibi: *Niſi cognita*

gnito prius per Epiſcopum, an ipſi vere crimina ſuperius expreſſa commiſerint, ſiquidem obiectum huius cognitionis eſt delictum qualificatum cognoſcendum ab eodem in ordine ad immunitatem, non autem in ordine ad competentiam iuriſdictionis, id enim non controuertitur, certum enim iudicem ſecularem habere iuriſdictionem in ſuos ſubditos; ſed impeditam ratione immunitatis, donec decidatur, an crimen vere ſit qualificatum ad terminos Gregorianæ, cum ergo cognitio principaliter terminetur ad qualitatem delicti, ſequitur cauſam criminalem tractari principaliter in ratione delicti, vt inde inferatur, an gaudeat immunitate ad excluſionem, vel incluſionem conſignationis rei, vt puniatur à iudice ſeculari. Confirmatur, quia cognitio ex parte Epiſcopi ſubalternat ſibi poteſtatis ſecularis exercitium, dum is nihil agere poteſt in præiudicium rei ante declaratoriam; ac proinde cum cauſa iudicis ſecularis quo ad exercitium pẽdeat à cauſa iudicis eccleſiaſtici, non poteſt hæc dici incidens, & ſecundaria, ſed in ſe, & ſua virtute principalis, & per ſe cum relatione ad cauſam iudicis ſecularis. Deinde cauſæ incidentes tractari poſſunt ab eodem iudice ſicut & principales, non autem hæc de immunitate, ergo non eſt incidens.

Queres 109. An inimicus occidens ſuum inimicum

appre-

apprehenſum, & ligatum in manibus Curiæ, gaudeat immunitate?

377 ℞. Affirmatiue, quia vbi præceſſit inimicitia excluditur ab homicidio; cum homicidium dicatur proditorium ſolum, quando procedit ex amicitia, ex probatis ſupra ſub num. 15. Confirmatur, quia quod quis ſit occiſus in manib. curiæ ligatus, aut extra, & liber, non facit ad rem, quia ligatio, aut libertas non dant ſpeciem proditionis homicidio, ſed ſimulata amicitia tantum. Comprobatur, quia carceratus occidens ex inſidijs cuſtodem carceris non eſt proditor, cum ex natura rei non ſit illi amicus, ſed potius inimicus, ſicut eſt inimicus birruariorum, quos occidit, & tamen non eſt priuatus immunitate, cum tale homicidium non proueniat ex amicitia, ſed ex inimicitia, vt docet *Gurba conſ.* 20. *num.* 13. *&* *conſil.* 60. *n.* 2. in quib. locis citat pluſquã 40. Doctores, vbi & quod talis eſt mens Gregorianæ, vt priuetur immunitate, qui occidit ſolum ſub colore amicitiæ, non autem ex inſidijs inimicum occidens, quem citat, & ſequitur *Sperellus dec. deciſ.* 23. *num.* 13. quem impugnat Graſſet. *ſ.* 17. extremis verbis, ſuo proprio fundamento, & quidem ſingulari, quia ligatus fuit impotens ad ſe præcauendum, ideo illius occiſor ex hac impotentia cõſtituitur proditor. Hoc eius fundamentum deſtruxi ſuperius à num. 26. ad 37. & 53. & 60. 378

378 Contrarium nouiſſime Petrus Queſada,& Pilo Turritanus Iuriſconſultus in ſuis Controuerſijs Forenſib. ſecutus Graſſetum, probat cap. 12. cum fiſco regio num. 10. Quia carceratos ſub fide regia tutos non licet occidere, *l. fin. ff. de cuſt. reor. Bart. l. 3. §. Transfugas ff. de ſicar.* Secundo dicit, apprehenſos à curia ſub ſecuritate publica non poſſe offendi, *Seſſe de Inhibit. cap. 8. §. 4. num. 65. Portol. ad Molinam tit. de compet. q. 7. Giurba conſil. 20. num.* 8. Tertio ex dictis deducit, offendentem carceratos committere crimen violationis fidei includens ſpecialem deformitatem contra iuſtitiam legalem, quæ reſpicit bonum patriæ, & fidem publicam, ſecundum quod eſt bonum commune, *D. Thomas* 2.2. *q.* 101. *art.* 3. *ad* 3. Quarto quod committit crimen læsæ maieſtatis tamquam frangens ſecuritatem à lege elargitam, *per tex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. Maieſt. Decian. lib. 7. cap. 11. num.* 10. Quinto, in fractione huius ſecuritatis, & impotentia se cauendi, & defendendi qualitas proditorij ſtabiliebatur, licet inter occiſorem, & occisum probata extitiſſet capitalis inimicitia, quæ etiam per teſtes ſingulares poteſt probari, *Graſſet. §. 29. num.* 299.

379 Et pro hac opinione, quod inimicus per inſidias cum impotentia phyſica, vel morali se præcauendi occidatur à ſuo inimico, occiſor debeat dici prodi-

proditorius homicida, & priuandus immunitate Eccleſiæ, citat *Couar.lib.2.Var. cap.20.num.7. Portellum. V. Eccleſiæ Immun.num.15. cum alijs Graſſet.§.10. num.16.* multum ab eo laudatus. Subiungit occiſores infantium poſt natiuitatem, & dormientium eſſe vere proditores, quia hi nullum habent intellectum, & liberam operationem à præcauendo periculo. In impotentia ergo Queſada ponit rationem conſtitutiuam proditorij, hoc tamen non probat contentus argumentis Graſſeti.

380 Supradictis omnibus argumentis reſpondeo primo in genere, quod illa non probant ſententiam, & intentum, quia ſecundum leges Logicales, non poteſt colligi in concluſione, niſi quod ſeminatum fuit in præmiſſis, in quibus nulla fit mentio de proditione, nec de illa impotentia, vt patet ea legenti ſuperius extracta ad verbum ab ipſo Auctore. Deinde ſingulis hoc modo.

381 Primo concedo carceratos ſub fide regia tutos non eſſe offendendos, immo nullum etiam liberum; ſed Rei non carcerantur, vt ſint tuti, ſed vt puniantur, probatur, datur enim cuſtodia, ne fugiant, vnde nec proprie dicuntur eſſe ſub fide regia, quia ab eo non habent ſaluum conductum, & certe nemini placet hæc regia tuitio nimis moleſta. Allegata lex fin. non facit ad rem, cum in ea de hac

hac tuitione ne verbum quidem, ſed tantum, quod carcerati diligenter, & caute ſunt cuſtodiendi. In meo Codice 8. Bartolũ impreſſionis Venetæ non inueni, illam leg. 3. de Sicar. explicaſſe.

382 Secundo, concedo non poſſe offendi compreheꝰſos ſub ſecuritate publica, ſed quid inde? non enim occidens antea promiſit ſecuritatem. Immo nemo quærit talem ſecuritatem, nec optat perdere libertatem, vnde homines carcerantur non ad huiuſmodi ſecuritatem, ſed vt cuſtodiantur, ne fugiant, ſed coguntur reddere rationem villicationis ſuæ. Hinc nulla proditio infertur.

383 Tertio, falſum eſt, offendentes carceratos committere crimen violationis fidei contra iuſtitiam legalem, nam iuſtitia legalis eſt illa, quæ ordinat hominem ad bonũ communitatis, cuius quilibet homo eſt pars, *ex D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 5. & art. 7.* qui diſtinguit iuſtitiã particularẽ à generali, & legali, per hoc, quod legalis ordinat ad communitatem, particularis vnum hominem ad alium. Quare violans iuſtitiam legalem facit contra communitatem, ac proinde contra virtutem pietatis, quia vt idem Sanctus q. 101. art. 3. ad 3. dicit, his verbis: *Pietas ſe extendit ad patriam, ſecundum quod eſt nobis quoddam eſſendi principium, ſed iuſtitia legalis reſpicit bonum patriæ, ſecundum quod eſt bonum commune, & ideo*

iuſtitia

Iuſtitia legalis magis habet, quod ſit virtus generalis, quam pietas. Ex his deducitur D. Thomam citatũ à Queſada nihil dicere de violatione fidei contra legalem iuſtitiam, immo nec homicidium, de quo hic, dicitur crimen violatæ fidei, cum ſit iniuſtitia particularis contra particularem, non contra communitatem, quæ non dat fidem conſeruandi carceratos, ſed tantum cuſtodit illos, ne fugiant examen iuſtitiæ.

384 Quarto, omnino falſum eſt, præfatum homicidium eſſe crimen læſæ maieſtatis, quia occiſus nullum habebat ſaluum conductum expreſſum per dictionem *ſecuritatem* ex cit. l. 1. Ad leg. Iul. Maieſt. vt docent ibi Bartol. & Caſtrenſis. Et quamuis Decianus hoc dicat, tamen lex fin. C. de cuſtod. reorum, quam pro ſe citat, ſolum habet, quod cauſæ carceratorum debent velociter terminari, adeo quod negligentes cuſtodes, & iudices puniuntur. Adde, quod crimen læſæ maieſtatis aliud eſt à crimine proditorij, ac proinde ab illo ad hoc non infertur. Demum crimen læſæ maieſtatis non omne priuat immunitate, ſed ſolum commiſſum in perſonam Principis.

385 Quinto reſpondetur, falſum eſſe ex inimicitia inferri proditorium ſtante impotentia, nam conſtat ex opinione pluſquam ſexaginta Doctorum,

de quibus ſupra ſub num. 15. inimicitiam excludere proditorium q. 4. num. 24. vbi rem hanc latius probaui.

386 Demum, quod ex inſidijs oriatur homicidium proditorium perpetratum etiam ab inimico, refert nonnullos Doctores, inter quos eſt Couar. loco citato, qui vere dicit etiam inimicum occiſorem eſſe proditorem, ſi occidit per induſtriam inſidioſam, quam non conſtat accidiſſe in caſu Queſadæ, immo oppoſitum videtur eueniſſe, quia occiſor in tantum vtitur induſtrioſis inſidijs, in quantum timet in aggreſſione ſuccumbere, in caſu autem hoc non oportuit timere, quia manus ligatas habebat. Vlterius cap. 1. de homic. in quo Couar. fundatur, dubium eſt, ac proinde non allegandum ad probationem, de quo egi ſupra num. 44. 225. & 227. Quod inſidiæ non inducant proditorium, quæſt. 11. num. 97. & 103. Portellus eſt compendiator, ideo in eo vis facienda non eſt, nec in alijs fundatis ſuper cap. 1. de homic. quod habet varios ſenſus, ac proinde non allegabile, vt docet *Fagn part. 3. ad cap. Cum non ab homine, de iud. num.* 40.

De infante, & dormiente dixi num. 156. & 157. non prodi niſi ab amicis; nec adducta ratio de carentia vſus rationis, & liberæ operationis quidquam probat, quia impertinenter ſe habent ad proditorium ex ibidem probatis. 387

387 Ad quod ait circa opinionem fauentem Eccleſiæ, intelligendam fore, quando de certo apparet, rem eſſe Eccleſiæ; vel ad illam ſpectare; non vero quando verſatur ſub conflictu opinionum; quia non de certo dici poteſt, rem Eccleſiæ eſſe, vel ad illam ſpectare, & ſic poſſe ſe conformare cum opinione probabili, relicta probabiliore.

388 Reſpondetur, quando Doctores aſſerunt fauendum eſſe Eccleſiæ, non loquuntur quando res eſt omnino certa, & extra controuerſiam, ſed quando eſt dubia, & à fortiori, cum eſt ſub opinione, nam in hoc caſu omnino eſt ſequenda opinio probabilior, maxime in hac materia immunitatis, cum certum ſit, reum exiſtentem in loco priuilegiato eſſe in poſſeſſione gaudendi immunitate, dum in eo loco permanet, donec declaretur non gaudere ex probatis concludenter, vt probaui num.206. 208. & 230. Et in hac materia proditorij id omnino certum eſt, illud conſtitui ex colore amicitiæ, & non ex illa impotentia, aliter immunitas ex dictis Graſſeti, & Queſadæ periclitatur, quia omne homicidium poteſt probari proditorium, cum ea impotentia vagari poſſit per omne homicidium etiam rixoſum, vt patet in locis ſupra citatis, & maxime in caſu propoſito, nam occiſor poterat antecedenter ad percuſſionem ir-

S ritare

ritare verbis altercatiuis ligatum, de quo proinde non timebat, & ſubſequenter occidere. Ecce quomodo impotentia ex parte patientis in quolibet caſu reperiri poteſt, quare ea conſtituere non poteſt proditorium, ex quo non valet illud diſtinguere ab alijs homicidijs.

F I N I S.

INDEX

Rerum notabilium.

A

ABortus fœtus animati homicidium eſt. 2. Proditorium 152. Quomodo dicatur fœtus pars viſcerum, & non homo. 153. ad 155.

Abſolutione Sacramentali impeditur, ne actus externus homicidij ſit proditorius 173.

Adam creatus rectus, ideſt, cum gratia 63.

Aduocatus, & cliens quandoq; proditores 136.

Affinium proditio 152.

Altare eſt aliud ab eccleſia 45.

Allocutio ſignum amicitiæ 17. vnica non ſufficit ad proditorium 234. & 235.

Amicitia ſimulata facit homicidium proditorium. 8. Doctores citantur 15. quid eſt, quotuplex amicitia, & eius ſigna 16. ad 18. naturalis amicitia non facit proditorium, ſed poſitiua tantum 23. ea non ponit, nec tollit impotentiam 53. neutralitas non facit proditorium 62. ad 65. ſimulatio amicitiæ debet coniungi cum aggreſſione 70. mutua non eſt neceſſaria ad proditionem 71. non ſufficit vnica allocutio, vel ſalutatio 233. ad 237.

Amicus mei inimici eſt meus inimicus 160.

Appellatione remota. 1. *friuola* 204. & 354.
Appenſamentum non facit preditorium 286.

B

BAnnitus impune quando occidatur, vbi de ipſo alia 117. ad 120.
Bellum quando proditorium 107.
Bulla Gregoriana non admittit extenſionem 262. 266.

C

CAin proditor Abelis 13.
Cap. 1. *de homicid. loquitur tantum de irregularitate* 44. & 240.
Capitulum ſede vacante cognoſcit de immunitate 330.
Cap. 1. *de homic. in* 6. *explicatur* 289.
Cap. Statutum de reſcr. in 6. *explicatur* 209.
Cenſura non infertur proditorio 186.
Chriſtus proditus fuit à Iuda 14. & 76.
Citatur reus antequam tradatur curiæ 209. & *fiſcus* 342.
Ciuitates refugij pro occidentibus caſu 46.
Clauſ. Iudicio ſuo *quid importet* 284.
Clauſ. cognito, & conſtito *idem important* 270. & 271.
Clementis VIII. *ad Archiepiſcopum Panormitanum* 312.
Clientis, & aduocati proditio 136.
Coactio non impedit proditorium 184.
Coactio non tollit voluntarium, ſed illud minuit 185.

Cognitio plena, non coniecturalis neceſſaria in hac cauſa, & quid vtraq; 269. ad 294.
Committere. 1. peccare 166. & 249.
Coniecturæ plures non coniunguntur 293.
Conſanguineorum proditio 132. & 259.
Conſilians eſt proditor moralis 167. & 248.
Contradictoria quid ſint 285.
Contritio impedit actum externum proditorium 173.
Corde vnum habere, & aliud in ore 49.

D

DEducere ad homicidium 263.
DEfinitiones includunt taxatiuam, cuius expreſſio non eſt in vſu 68.
Differentiæ oppoſitæ non poſſunt conſtituere eandem ſpeciem 10. & 52.
Diffidatio non eſt neceßaria ad euitandum proditorium 217. 228.
Dilationes admittuntur in hac cauſa 348.
Diſcipuli, & Magiſtri proditio 133.
Diſſimulatio fingit non eſſe, quod eſt; Simulatio contra fingit quod eſt, non eſſe 78.
Domini, & Serui proditio 128. & Vaſſali 130.
Dormiens non proditur niſi ab amico 156.
Dubium circa immunitatem reſoluitur fauere reo 206. & 208. & 356. non impedit aßenſum in opinionibus 207. illis non miſcetur 362.

Duellum non admittit proditorium 111. & 260.

E

E*Ijci quando poſſint ab Eccleſia* 370.
Epiſcopus non poteſt tradere reum, niſi petatur 339. *ad* 341.
Epiſcopi proditio 126. *habet maieſtatem* 127. *Quomodo cognoſcit cauſam immunitatis reorum* 194. *ad* 209. & 314. *ipſe ſolus, alijs excluſis* 321. *etiam ante conſecrationẽ* 322. *etiam in monaſterio, & loco exempto* 323. *Epiſcopus vicinior quis dicatur* 324. *eius poteſtas in hoc eſt ordinaria* 326.
Eſſe in diæceſi, & de diæceſi 325.
Excommunicatus non eſt proditor 186.

F

F*Aciens per alium quomodo dicatur facere per ſe* 165.
Fætus animati homicidium proditorium 2. & 69.
Fidelitatis forma 131.
Fides non ſeruanda frangenti 82. *Vnde primo frangens eſt ſolus proditor* 110.
Filij, & patris proditio 132.
Fiſcus eccleſiæ, & curiæ citantur 164. *aut* 201.
Fratrum proditio inter ſe 132.
Furioſus poteſt prodi 156.

Generalis

G

GEneralis poteſt prodere, & prodi 126. habet maieſtatem 127.

H

HOmicidium quid, & quotuplex 4.5. & 6. Proditorium, quod à ſola amicitia ficta oritur 8.
Homo in vulgari maſculum tantum ſignificat, latine vtrunq; ſexum 40.

I

IMmunitate, priuat occiſio phyſica nō moralis 171. & 188.
Immunitatis poſſeſſionē habet reus dum eſt in eccleſia 272.
Immunitas æquę competit eccleſiæ & reo, 343. & 344.
Impotentia non facit proditorium 26. ad 37. & 53. & 60.
Imputet ſibi quid importat 55.
Inaduertentia defectus intellectus 56.
Incautio occiſi non inducit proditorum 242.
Ináitia indubitata non ſufficiunt in hac cauſa 300.
Induſtria 99. ad 102. & 238. non facit proditorium 102. eam tamen ſupponit 103.
Infans proditur 156. & 157.
Infidelis, ſicut fidelis non gaudet immunitate 192. & 252.
Infirmi, & Medici proditio 137.
Inimicitia facit præſumere ſemper malum contra proximum 11. & 54. de eius ſignis 18. & 19. excludit proditorium 24.

non ponit, nec tollit impotentiam 53. Inimico non credas in æternum, niſi ſit reconciliatus 83. de reconciliato 73. ad 85.
Inſidiæ 86. ad 98. negatiuæ, & poſitiuæ 96. non faciunt proditorium 97. & 241. ſine illis non eſt 103. & 224.
Intrinſeca præſumuntur in eſſe 112.
Inuentores ſcientiarum ſpecialiter à Deo illuminantur 79.
Irregularitas non oritur à proditorio 187. tradens reum non probata concludenter priuatione immunitatis incurrit eam 302.
Iudas prodidit Chriſtum 14. & 76.
Iudex proditor moralis 148. 267. Iudex eccleſiaſticus, & laicus in cauſa proditorij diuerſimode procedũt 211. & 212. ille non torquet ſicut iſte 15. 212. Non extrahit reum, niſi prius probata concludenter qualitate homicidij priuantis immunitate 269. cognitio ſpectat ad ſolum eccleſiaſticũ 314.

L

Legiſlator dicit legem omnibus indifferenter, occiſor tendit in certam perſonam 182.
Lex dubia non allegatur 240.
Ligans occidendum eſt proditor phyſicus 172.
Ligatum occidens non eſt proditor, ſi erat inimicus 377.
Litis conteſtatio non admittitur 349.
Locus ſacer, & pius cenſetur eſſe extra territorium laicale 120.
Loquendi communis vſus non attenditur in legibus 38. & 39.

Magiſtri

M

MAgiſtri, & diſcipuli proditio 133.
Maleficus proditor 151.
Malitia interior communicatur actui externo 48.
Mandans proditor moralis 159. ad 170. 248. ad 257.
Mariti reconciliatio cum vxore q. 9. proditio inter ipſos 141.
Maſculinum concipit fœmininum 190.
Medici, & infirmi proditio 137.
Mors infra 40. inducit priuationem immunitatis 268.

N

NOmina rebus imponuntur à doctis, non ab ignaris 43. & 113.
Nobilis nihil differt ab ignobili in cauſa immunitatis 265.

O

OCcidere vnum pro alio 181.
Occiſio requiritur in proditorio ad priuationem immunitatis 171. & 188. quid quando non habet animum occidendi 176.
Odium abominationis, & inimicitię 51.
Odite, & non odi, idem amate 67.
Officialis, & ſubditi proditio 129. Officialis Epiſcopi quis dicatur 327.
Ore vnum, aliud in corde 49.
Opinionum æqualium quomodo ſe gerat iudex 360. cum eis non ſtat dubium 362.

Parri-

P

PArricidium cauſatur ex qualitate pietatis occiſi 31.
Patria proditur 125.
Patris, & filij proditio 134. Spiritualis 134.
Pœnitentia impeditur actus ne fiat proditorius 173. per acta non eſt amplius peccator 174. non liberat à pœnis 175.
Pœna contra facientem non ligat mandantem 164. Proditor licet excuſetur à pœna ordinaria, non tamen à pœna immunitatis 311. á pœna ad pœnam non infertur 261.
Peccare dicitur non intellectu, ſed voluntate 57. agens auctore prætore, non peccat 116.
Perfidia violatio fidei 77.
Poſſeſſio vitioſa non ſuffragatur 319.
Poſſidet reus immunitatem dum eſt in eccleſia 272. 283. 292.
Præceptum negatiuum non ſemper obligat 145.
Presbiter quid importet 41.
Principis proditorium 123.
Proceſſus quid? eſt neceſſarius in cauſa immunitatis 307. Iudex eccleſiaſticus non ſtat proceſſui laici iudicis 335. proceſſus laici quomodo probat in eccleſiaſtico 336. & 338. publicandus vt reus poſſit ſe defendere 353.
Prodere eſt occultum manifeſtare 7. eſt actus commiſſionis 60.
Proditor non eſt percutiens animo non occidendi 176. & de hoc dantur coniecturæ 177.
Pupilli, & tutoris proditio 135.

Qui

Q

Qui includit vtrunque ſexum etiam in edictis 189.

R

Rancor eſt diſplicentia, & indignatio contra proximum 66. quicunqꝫ etiam leuis ſufficit ad excludendum proditorium 72.
Ratificans proditor moralis 150.
Rationis vſu carens proditur ab amico 156.
Reconciliatus proditor 73. ad 85. vbi de reconciliatione inter inimicos & 243. ad 247.
Retro occidere non facit proditorium 98.
Reuelans proditor moralis 149.

S

Sacrilegium occiſi clerici 31.
Salutatio ſignum amicitiæ 18. & 19. vnica non ſimulat amicitiam 234. & 235.
Saluus conductus quid 121. & 122.
Scandalizantis, & ſcandalizati idem delictum 161.
Serui, & domini proditio 128.
Simulatio vitioſa includit mendacium, & deceptionem 47. quomodo differat à diſſimulatione 78.
Spes veniæ non excludit ab Immunitate 365.

Spoliandus quis non eſt, niſi concludenter probata iniuſta poſſeſſione 284.
Superior proditur 128.

T

TEnens occidendum phyſicus proditor 172.
Territorium non dat, ſed ſupponit iuriſdictionem 334.
Teſtis falſus proditor moralis 147. *Teſtes idonei ad probandum proditorium* 20. & 22. *Non ſufficiunt ſingulares, ibidem* & 306. *Teſtes pro immunitate rei ſufficiunt duo idonei, etiam ſingulares* 198. *ſunt repetendi* 202. *Producendi ſunt coram eccleſiaſtico* 352.
Tregua cauſa proditorij 109.
Tutoris, & pupilli proditio 135.
Tyrannus quando proditur 124.

V

VAſſali, & domini proditio 130.
Veneno prodere 138. *ad* 143. & 258.
Verberationes ſine occiſione ſunt proditoria 106.
Verborum ſenſus accipitur à peritis, non ab indoctis 43.
Vicarius Epiſcopi non ſe ingerit in cauſis criminalibus 329.
Voluntas coacta voluntas eſt 145.
Vulnera letalia, & leuia quando inferant proditorium 179. *ad* 183. 264.
Vxoris, & mariti proditio 132. *de eorũ reconciliatione ſub* q. 9.

Finis Tabulæ.

A 319118

Digitized by Google

Digitized by Google

9880

C 6a

Digitized by Google

XXI
C41

Digitized by Google